
John Crawford,
M. D.

Digitized by the Internet Archive
in 2014

http://archive.org/details/nosocomiicivicip05coll

HENRICI JOSEPHI COLLIN
NOSOCOMII PAZMANNIANI PHYSICI ORDINARII ET
SAC. CÆSAREO-REG. APOST. MAJEST. REGIMIN.
INFER. AUSTRIÆ CONSILIARII

ARNICÆ,

IN

FEBRIBUS ET ALIIS MORBIS
PUTRIDIS

VIRES

SIVE

OBSERVATIONUM

CIRCA

MORBOS ACUTOS ET CHRONICOS FACTARUM.

PARS QUINTA.

VIENNÆ,
APUD RUDOLPHUM GRÆFFER, 1775.

19169

UNIVERSITY OF MARYLAND
LIBRARY
Founded 1813
SCHOOL OF MEDICINE

Crawford
1969

VIRO

ILLUSTRISSIMO, MAGNIFICO

AC

CLARISSIMO DOMINO

LIB. BARONI

ANTONIO

DE

STÖRCK,

AUGUSTISSIM.

IMPERATORIS ET IMPERATRICIS

A CONSILIIS, ARCHIATRORUM COMITI,

STUDII MEDICI CÆSAREO-REG. PRÆSIDI,

PERPETUO PER UNIVERSAS AUSTRIÆ PRO-

VINCIAS PROTO-MEDICO, PLURIUM ACA-

DEMIARUM MEMBRO ET NOSOCOMII

PAZMANNIANI PHYSICO.

Hos suos labores seque totum dicat.

H. J. COLLIN.

Library of the

PRÆFATIO.

Pulchri, quos initio praxeos meæ inventorum ab illuſtriſſimo lib. Barone Antonio de Störck medicamentorum vidi, effectus in ani-

mum induxere, poſſe forte in Europa talia detegi, quæ exoticorum magno prætio ab exteris comparatorum vires æquarent, cupivique ſemper, præcipue cortici peruviano aliquid ſubſtituere, quod in febribus intermittentibus & continuis putridis ipſius vires ſuppleret. In hunc finem per multos annos variarum arborum & fruticum cortices, folia, fructus multasque plantas variis ſubjeci examinibus: inde autem ſpes nulla optato potiendi remedio affulſit, donec repetiti arnicæ in ægris effectus anſam dederint ſperandi, plantam hanc, quam a tot annis manibus volvebam, votis forte ſatisfacturam; ſenſim illius

lius in præfatis & aliis morbis obſervare cœpi effectus: numeroſiſſimos ſcripſi caſus, ex quibus ſequentes, qui, ut doctus Lector de hujus plantæ viribus exactum ferre poſſit judicium, ſufficere mihi videntur, typis mandavi: hiſtorias morborum cum ſuis cauſis, ſymptomatibus, & criſibus, quantum in me fuit, exactiſſime retuli, ut non tantum mala, quibus arnica opponi poteſt, pateant; ſed etiam modi, quibus & gradus, per quos viribus arnicæ adjuta natura morbos leniat, minuat & curet, manifeſti fiant, & data occaſione ex his obſervationibus in ſcientiæ medi-

cæ

cæ emolumentum diversa deduci possint Corollaria. Vale, benevole Lector! & fave.

CONTENTA HUJUS OPERIS.

ICON PLANTÆ.

Ipsius Explicatio.

SECTIO I.

De Floribus Arnicæ.

CAPUT I.

Flores Arnicæ Febrifugi.

Corollaria.

APPENDIX

Exhibens quatuor paralysi & unius amaurosi utriusque oculi affectarum fœminarum, Extracto florum arnicæ curatarum historias.

CAPUT II.

Flores Arnicæ in febribus putridis.

Corollaria.

SECTIO II.

De Radice Arnicæ.

CAPUT I.

Radix Arnicæ antidyſenterica.

Corollaria.

CAPUT II.

Radix Arnicæ in febribus putridis.

Corollaria.

CAPUT III.

Radix Arnicæ antigangrænoſa.

Corollaria.

FORMULÆ.

APPENDIX.

In quinque Paragraphos diviſa, Experimenta de putrefactione & de arnicæ præcipuorumque cognitorum antiſepticorum variis Encheiriſibus inter ſe comparatorum virtute in ſubſtantiis animalibus vita orbis putredinem remorante, ac in iisdem jam natam corrigente, ſubjunctaque cuilibet §o pauca corollaria continens.

§. 1.

§. I.

Putrefactio, ſive fermentatio putrida.

§. II.

Præſervatio carnium a putredine.

§. III.

Præſervatio humorum.

§. IV.

Correctio carnis putridæ.

§. V.

Correctio putridorum humorum animalium.

Errata

Errata Operis.

Pag.	*Linea.*	*Erratum.*	*Correctum.*
2. in Nota.	4.	Excephalo	Encephalo
5.	7.	Brunorum	Prunorum
10.	9.	ſolvenniſſimis	ſolventiſſimis
32.	12.	Marte	Martis
37.	4.	Epigatrium	Epigaſtrium
53.	10.	No. 2.	No. 3
59.	11.	detumit	detumuit
66.	14.	quod	quæ
71.	3.	ſinitus	finitus
106	1.	raborantium	roborantium
112.	3.	loquelæ	loquela
194.	8.	5ta	25ta
269.	6.	ſinis	finis
274.	14.	denſæ	denſe
275.	5.	circite	circiter
369.	7.	puræ	puri
---	14.	removit	revomit
370.	17.	medicamentum	medicatum

Errata Appendicis ultimæ.

XII.	6.	bilem humanam	bilis humana
XXV.	14.	No. 1.	No. 2.
XXVI.	3.	fermenttoarius	fermentatorius
XXVIII.	8.	hac	hoc
XXXIV.	4.	putridam	putridum.
XLV.	1.	No. 1.	No. 4.
---	2.	No. 2.	No. 3.
---	5.	*hæc linea eſt integre delenda.*	
LX.	16.	2. & ſunt delenda.	
LXXXII.	3.	qusm	quam
LXXXIV.	14.	13.	31.
C.	11.	aqua calida	aquæ calidæ.
CI.	13.	renovi	removi.

UNIVERSITY OF MICHIGAN
1913

SECTIO PRIMA

DE

FLORIBUS

ARNICÆ.

CAPUT PRIMUM.

FLORES ARNICÆ FEBRIFUGI.

Mense Septembri anni 1770. intermittentes Febres, quacumque methodo tractatæ, magna ex parte in Febres putri-

das, maxime poſt datum Corticem Peruvianum valde malignas, ſæpe manifeſto viſceris alicujus infarctu ſtipatas inceperunt mutari. Per integrum annum hac metamorphoſi non obſtante diligentiſſima cum omnibus cautelis adhibita cura, valde multos mortis victimas cadere, non ſine animi mærore, vidi. Animo perpendens, quæ de febrium intermittentium cauſa prædiſponente ſcripſit pie defunctus Illuſtriſſimus Gerardus L. B. van Swieten (*a*), Opinione magni Viri ex ſolida experientia & juſto firmoque ratiocinio firmata, ac felicibus, quæ contra pertinaciſſimos nervorum ac ſenſorii communis morbos cum

flori-

(*a*) Satis probabile videtur, cauſam illam prædiſponentem hærere potius in ſubtiliſſimo fluido, vel in vaſis minimis per quæ illud movetur; aut communi omnium origine Excephalo. Vide commentar. in Aph. Boerhavii pag. 533. §. 757.

floribus Arnicæ (*b*) feci, experimentis inductus, ſperavi, fore ut hi flores contra prædiſponentem Febrium intermittentium cauſam aliquid valerent: atque obſervata ſæpius in hominibus dictis morbis laborantibus obſtructionum reſolutio, ſtagnantium humorum diſſipatio & Correctio ſpem auxerunt futuri hujus Medicamenti in illa putrida conſtitutione Epidemica felicis ſucceſſus.

CASUS PRIMUS.

Vir quadragenarius duos validos febris quartanæ paroxysmos perpeſſus 14ta Octobris anni 1771 ad noſtrum Noſocomium defertur: coloris eſt cachectici; lingua muco albo obſita eſt; alvus tarda. Datur ipſi Emeticum quod ſurſum & deorſum aliquoties operatur. 15ta datur ipſi infus. Nro. 1. 16ta redit paroxysmus, in quo

(*b*) Vide 4tam obſervationum mearum partem.

pergit medicamentum ſuum ſumere. 17ma appetitum habet: ſæpe leniter ſudat: alvus eſt libera; lingua pura. 19na Paroxysmus emanet, neque poſtea amplius redit: ſumit idem medicamentum adhuc per octo dies, ſub cujus uſu color bonus fit, & omnes functiones in integrum reſtituuntur.

CASUS SECUNDUS.

Juvenis 28. annos natus ſub finem Novembris Diarrhæa correptus eſt, qua anodinis ſedata, in febrim quotidianam incidit, quæ poſt 14 dies in tertianam mutata eſt, cum cujus quinto paroxysmo 20ma Decembris in noſtrum Noſocomium ſuſcipitur, Hypochondriis tenſis, ab attactu dolentibus, alvo tarda, appetitu languente, lingua pura; datur ipſi lene purgans, quod ſexies alvum movet: dein utitur infuſo

fuſo Nro 1. quo ter abſumpto a febri liberatus eſt: Hypochondria ſunt mollia, indolentia: appetitus bonus & reliquæ functiones vigent. Sumpto adhuc per ſex dies eodem medicamento diſceſſit.

CASUS TERTIUS.

Puellam 22. annos natam poſt nimiam brunorum copiam ingeſtam tertiana febris invadit inſtante menſtruorum tempore, quæ poſt binos primos febris paroxysmos debita copia fluunt. Tertiana, non obſtantibus variis adhibitis remediis, per 14. ſeptimanas durat, dein fit quartana, cum cujus ſecundo paroxysmo ad nos initio Decembris defertur, colore flavo-viridi tota tincta; Epigaſtrio & Hypochondriis elatis, liene tumido, duro; appetitu deleto; alvo libera; ſiti extra paroxysmum pauca; utitur decoctis graminis, Taraxa-

ci &c. Conſervis Herbar. antiſcorbutic. usque ad 23tiam Decembris absque ulla in melius mutatione quare Inf. Nro. 1. ipſi præſcribitur.

25ta ingruentis paroxysmi frigus, quod per bihorium cum tremore durare ſolebat, vix per mediam horam duravit; calor multo lenior & brevior fuit.

28va Paroxysmus eodem modo ſe gerit ac ultima vice: Hypochondria mollia, fere integre collapſa: lienis moles multum minuta; alvus laxa hodie aliquoties ſecedit: appetitum habet ægra.

31ma vix ſenſibilis eſt paroxysmus, qui poſtea non amplius redit: alvus pergit eſſe laxa. Continuatur adhuc per 10. dies medicamenti uſus, dein per 8. dies cort. Peruv. dr. 11. quotidie aſſumptis quoad omnia ſana & robuſta facta eſt.

CASUS

CASUS QUARTUS.

Fæmina 30. aliquot annos nata ab octodecim ſeptimanis febri quotidiana laborans, octava Januarii 1772. ex Hungaria Viennam appulit & nona in noſtrum Noſocomium ſuſcepta eſt.

Facies & artus inferiores ſunt œdematoſi: color cachecticus: Hypochondria tumida, tenſa: ſitis multa; appetitus nullus: urinæ excretio pauca: alvus ſat naturalis: frigus febrile cum magno tremore ultra trihorium durans: calor ſuccedens pauco ſudore poſt idem fere temporis ſpatium finitur. Datur illi Infus. Nro 1.

19na Januarii febris ſenſim minuta penitus emanet; facies eſt naturalis: collapſa Hypochondria: ſitis nulla: appetitus ſat bonus: ſed artus inferiores manent tumidi. Præter dictum medicamentum dan-

tur ipſi quotidie Oxymell. colchic. unc. II. quibus urinæ excretio augetur.

23tia Ingens eſt appetitus, hinc major ciborum copia ipſi concedi debet, quibus additur vini uſus. Dictis medicamentis usque ad 4tam Februarii uſa ab omni morboſo ſymptomate libera eſt, & cito vires recuperat.

CASUS QUINTUS.

Operarius 28. annos natus febri quotidiana, cujus frigus magno corporis concuſſu comitatum poſt bihorium, calor vero poſt 9. circiter horas profuſo ſudore terminabatur, jam a 30 diebus laborans & in quartum diem Diarrhæa & tuſſicula ſicca affectus ſeptima Januarii ad nos delatus eſt.

Lingua erat ſordida, os amarum, appetitus deletus, data ipſi bis Ipecacuanha

&

& paucis aliis medicamentis intra triduum a Diarrhæa liberatus eſt.

10ma Januarii incepit medicam: Nro 1. uti. 14ta paroxysmus nullus: incipit ſputa pituitoſa vitrea expectorare.

18va Ejusdem notæ ſputis ſed copioſioribus continuantibus excerni dolorem ſub medio ſterno conqueritur, & valde pronus eſt in ſudores, miſſa fit Arnica: datur ipſi lene decoctum expectorans & infuſum ſalviæ cum pauco· lacte.

Tuſſis & Sudor ſenſim minuuntur: 24ta valde appetit: incipit carnibus veſci, & 28va perfecte curatus ad ſuos redit.

CASUS SEXTUS.

Fæminæ 24. annos natæ, alias ſemper ſat ſanæ, ſub finem Septembris anni 1771. menſtrua emanſere, & brevi poſt febri tertiana correpta eſt.

Per octo ſeptimanas variis medicamentis incaſſum uſa ad nos venit: tumidum, durum, dolens, erat Hypochondrium ſiniſtrum; color cutis valde cachecticus; appetitus etiam diebus intercalaribus paucus: urina pallida: alvus naturalis: febris paroxysmi validi.

Uſa eſt ſalibus, conſervis Herbar. antiſcorbuticar. decoctis ſolvenniſſimis graminis & Taraxac. Radic. &c. Extractis amaris: externe varia fomenta & cataplaſmata ad molliendum & reſolvendum durum Hypochondrii tumorem fuere applicata: quibus omnibus ùsque ad ſeptimam Januarii 1772. diligenter adhibitis, febris eadem manſit, & Hypochondrii tumor vix mutatus eſt.

Vires ægræ ſub uſu horum, continuante febre, ita ſenſim fractæ ſunt, ut indicatio vitalis primas partes obtinuerit: quare corticem Peruvianum ipſi præſcripſi,

ſpe-

ſperans fore, ut, ſopita febre, aliis indicationibus poſſet fieri ſatis.

Octidui ſpatio corticis Peruviani unc. VI. & ſalis ammoniac. unc. ß. ſumpſit, ſub quorum uſu febris tertiana in vehementem quotidianam duas tertias diei partes durantem profuſo ſudore finitam mutata eſt: hoc metum fecit, ne, ut frequenter initio Epidemiæ acciderat, Ægra in febrim putridam laberetur. Quare per triduum adhibitis medicamentis refrigerantibus, leniter purgantibus & antiſepticis 14ta Januarii Infuſ. Nro 1. Ægræ præſcriptum eſt, & 17ma a febre perfecte liberam invenimus.

Toto reliquo menſe Januarii in uſu ejusdem medicamenti manſit: adhibitis cum unguento emolliente frictionibus, Hypochondrium ſiniſtrum ad ſtatum naturalem redactum eſt, & fæmina perfectæ ſanitati reſtituta.

CASUS

CASUS SEPTIMUS.

Juvenis 19. annorum in carcere, ubi mundities & aeris renovatio negligebantur, ab aliquot menſibus detentus, febri petechiali ab octo diebus laborans ad nos defertur: a febri putrida curatus omnium functionum libero uſu per ſex dies gaviſus eſt, furtim acceptis cibis copioſioribus quam par erat, 9na Januarii febri quotidiana cum frequentibus ructibus, nauſea, anxietate, oris ſorditie, fœtore correptus eſt.

Poſt Emeticum repetitum datis medicamentis blandis aperientibus febris eadem manſit. Quare 16ta Januarii Infuſ. Nro I. ipſi præſcripſi. Paroxysmus 18va emanet. 19na redit: dein fit quartana lenis, cujus tres invaſiones valde lenes perpeſſus Æger, ab illa poſtea liber fuit: color cachecticus in ſanum cito mutatus eſt & Æger brevi convaluit.

CASUS

CASUS OCTAVUS.

Sartor 30. annorum ab initio Auguſti anni 1771. usque ad 24tam Decembris febri tertiana laboraverat, ab hac tunc temporis neſcit, quo medicamento liberatus, apyretos per octiduum vixit: dein febri quotidiana, cujus frigus cum tremore circiter per duas horas duraturum ſummo mane ingruebat, calor vero ad veſperas protractus ſudore copioſo finiebatur, correptus eſt, cum qua 17ma Januarii illum in noſtrum Noſocomium ſuſcepimus: abdomen præcipue circa epigaſtrium & Hypochondria: tumidum, tenſum erat, ſitis multa: appetitus nullus: alvus & urina non multum a naturali abludentes: colore dilute flavo tota cutis tincta eſt: reſpiratio ſub paroxysmo difficilis & magnus capitis dolor.

18va Januarii incipit uti Jnfuſ. Nro 1. 20ma abdomen jam multo mollius eſt. 22da totum collapſum & molle: color cutis fere naturalis: 24ta febris paroxysmus emanet: Æger incipit per intervalla tuſſire & ſputa cocta copioſa, facilia expectorat.

Sub uſu Arnicæ usque ad 8vam Februarii pergit ſimilia expectorare: dein ab omni morboſo ſymptomate liber a medicamentis abſtinet & brevi ad labores ſuos redit.

CASUS NONUS.

TExtor 54. annos natus 14ta Decembris 1771. ad nos febri petechiali laborans defertur: jam ab octiduo reconvaleſcere viſum 16ta Januarii validus paroxysmus febrilis invadit, qui 19na eodem modo redit: deletus eſt appetitus: lingua ſordida: os amarum: 20ma ſumit Emeticum,

quod

quod ſexies copioſum vomitum bilioſorum multo glutine mixtorum excitat, & aliquoties alvum movet.

21ma Januarii incipit uti Infuſ. Nro 1. 23tia paroxysmus eſt æque validus ac ante. 26ta lenior & brevior eſt. Datur ipſi idem Infuſ. in duplo: febris continuo minuitur: 4ta Februarii vix amplius ſenſibilis eſt, ac poſtea penitus emanet. 11ma Februarii ſanus dimittitur.

CASUS DECIMUS.

Fæmina 34. annorum poſt victus dyſpepti uſum per aliquot menſes continuatum & functiones inde ſenſim labefactatas febri intermittente corripitur, qua jam a 15. diebus laborans 21ma Januarii 1772. ad nos defertur,

Valde tumido Anaſarca affecta eſt Ægra, coloris viridi-fuſci: quotidie febrilis

brilis paroxysmus invadit, & sub quovis dolores urentes, lancinantes, validos, frequenter repetitos, qui ab osse sacro totam dorsi spinam subito pervadunt, & in vertice capitis desæviunt, patitur: primus paroxysmus vehemens est, & ante ac post illius invasionem continuo nauseat Ægra: secundus & tertius fere sibi similes, sunt priori leniores, ita ut tertius leniissimus sit, sic ut videatur triplici quartana affecta Ægra: lingua sordibus flavis valde obsita est: os amarum: omnes functiones languidæ.

Sumit tempore Apyrexiæ Emeticum, quod sequenti die repetitur: unde Ægra repetitis vicibus multum vomit & leniter purgatur: disparet nausea & oris amaror.

23tia Januarii datur ipsi Infus. Nro 1. & quotidie Oxymels. colchic. unc. II. incipit sumere, cito detumescit Ægra, & 4ta Februarii ab hydrope libera est: dolores

lores remiserunt: paroxysmi sunt leniores: functiones omnes meliores.

7ma Februarii Apyretos est. 8va vix adest febris. 9na vehementioris quartanæ paroxysmus sat validus est, qui, emanentibus aliis, ter adhuc, sed semper lenior Ægram invadit, & dein quoque cessat. Missum sit Oxymel colchicum, & continuat Ægra Arnicam sumere.

Nocte 27mæ Februarii ad 28vam prægresso leni frigore calorem & sitim passa est, & mane multum sudavit: color est adhuc cachecticus: solida laxa: præter dictam Arnicæ Dosin quotidie Cortic. Peruv. unc. ß. ipsi datur: sic per triduum continuat: dein per 10 dies quotidie tantum dr. 11. sumit, pergens Arnica uti; atque sic perfectæ sanitati restituitur.

CASUS UNDECIMUS.

Faber ferrarius 36. annos natus a menſe Julio anni 1771. usque in menſem Octobrem ſequentem febri intermittente irregulari, modo quotidianæ, modo tertianæ mox quartanæ typum frequenter mutatum induente laboravit: adhibitis medicamentis a febri per octo dies immunis vixit: dein tertiana regulari per tres ſeptimanas affectus Gorizii a fratribus miſericordiæ ab illa liberatus, manſit debilis, cachecticus cum tumore pedum & crurum oedematoſo, & deficiente appetitu per triginta unum dies: quibus exactis denuo octo paroxysmos perpeſſus eſt. Poſt quos quodam pulvere ſumpto febris denuo per octiduum emanſit, facta dein quotidiana valida, qua jam a 15. diebus laborans 7ma Februarii ad nos delatus eſt, tumidis facie, artubus inferioribus; colore viridi tinctus, emaciatus

tus, appetitu carens, linguam valde ſordidam & os amarum, anxia præcordia, alvum tardam conquerens.

Datur ipſi ſtatim Emeticum, quod ſexies vomitum bilioſorum multo glutine mixtorum movet & ſexies alvum: poſt hoc veſpere lene cardiacum ſumit & ſequenti die datur Infuſum Nro 1. 9na Februarii paroxysmus lenior eſt, qui 10ma acerbior ingruit; dein penitus emanet, redeunte appetitu. Eodem medicamento uſus eſt per 15. dies, ſæpius leniter ſudans & alvo libera gaudens; collapſis facie & cruribus, colore cachectico in ſanum mutato, ab illo abſtinuit, & initio Martii ſanus diſceſſit.

CASUS DUODECIMUS.

Fæmina 25 annorum a tribus menſibus menſtruis carens 27ma Januarii 1772. febri

bri quotidiana corripitur, cum qua 10ma Februarii ad noſtrum Noſocomium defertur. Frigus cum magno tremore per horam durat: calor ultra 5. horas protractus pauco ſudore finitur: Hypochondrium dextrum præcipue ſub paroxysmo dolore punctorio, pulſatione moleſta afficitur, tumet, durum eſt: extra febrim functiones omnes ſat bonæ.

Incipit 11ma Februarii uti Infuſo Nro 1. ſenſim lenior ſit paroxysmus & 15ta Februarii penitus emanet. Hypochondrium collapſum eſt, molle, pulſationis expers: dolores autem torminoſos in illo patitur, qui continuato medicamento & uſu radicis ſaleb. poſt triduum diſparuerunt.

CASUS DECIMUS TERTIUS.

Virgo 47. annos nata 11ma Februarii anno 1772. in Noſocomium ſuſcipitur.

Anno

Anno 1769. per ſeptem ſeptimanas tertiana laboravit. Anno 1770. per octo Septimanas. Anno 1771. initio autumni iterum eadem febri corripitur, ſub qua emanent menſtrua: Poſt 20. circiter paroxysmos præmiſſis ſalinis remediis curatur ut prioribus vicibus, ſumpto nempe cortice Peruviano: ſublata febri Epigaſtrium & Hypochondrium dextrum tumida, dura evaſerunt, & cito hydrope aſcite & anaſarca affecta eſt: ab utroque hydrope curata, licet Hypochondrium & Epigaſtrium æque dura & tumida eſſent ac ante, medicamenta neglexit. Sub finem Decembris in Diarrhæam frequentem incidit, poſt 4. ſeptimanas ſponte ceſſavit. 29na Januarii 1772. circa 4tam pomeridianam febri corripitur, cujus frigus per bihorium, calor usque ad ſequens mane, ſenſim leni ſudore remiſſior factus, durabat: tempore paroxysmi capite multum dolebat; valde an-

xia erat: ſitis erat multa: ſequenti die eadem hora iterum paroxysmo fere eodem, paulo rnmiſſiori tamen, & circa mediam noctem finito corripiebatur: per biduum libera fuit: dein ambo paroxysmi, ut prius, redierunt.

Utrumque Hypochondrium & Epigaſtrium dura, tumida, ab attactu dolent: color dilute flavus totam cutim occupat. Lingua pura: alvus per vices cicinerea: urina crocea: appetitus nullus. Duplex quintana typum regularem ſervat ut ante: frigus febrile validus totius corporis tremor comitatur: utitur conſerva herbarum antiſcorbuticarum cum ſale polychreſto usque ad 18vam Februarii absque ulla in melius mutatione: imo continuo magis debilitatur Ægra: quare miſſo priori medicamento ſtatui experiri quid contra hanc febrim & inveteratas in hac Ægra obſtructiones poſ-

ſint

ſint Arnicæ flores, & Infus. Nro 1. ipſi præſcripſi.

22da Februarii alvum fuſcam, mollem depoſuit Ægra: Urina eſt aurantia: paroxysmi febriles multo leniores & breviores ſunt: Hypochondria & Epigaſtrium molliora.

25ta datur ipſi Infus. Nro 1. dupla doſis: ſenſim magis magisque paroxysmorum vehementia & duratio ac Hypochondriorum tumor minuuntur: redit appetitus: flavedo cutis diſparet: urina eſt naturalis.

7ma Martii primæ quintanæ paroxysmi die, leves horripilationes, quas lenis calor excipit, ſæpius interdiu experitur: dolores vehementes, lancinantes, ſæpius repetentes per totam ſpinam dorſi, leniores per omnes artus patitur: ob dolores ſpinæ dorſi ſub motu auctos immobilis in dorſum

decumbere cogitur: noctu parum dormit; leniter ſudat: appetitus plane nullus.

8va Martii frigus nullum: doloies leniores corpus flexile a motu minus affectum: parum febricitat: leniter ſudat: lenis febris & ſudor usque ad 12mam Martii continuant: quo tempore alvus bis enemate ſollicitari debuit.

12ma Apyretos eſt: omnis doloris expers; Epigaſtrium & Hypochondria naturaliter habent, excepta parva plaga dextra Epigaſtrii, quæ adhuc parum tenſa eſt. Color cutis naturalis: utitur adhuc per 12 dies eodem medicamento: dein nullis obſtructionum ſignis amplius apparentibus ab illo abſtinuit, & ſub finem Aprilis optime valens exivit.

CASUS DECIMUS QUARTUS.

Vir 36. annos natus 20ma Februarii a 10 diebus febri quotidiana, cujus frigus per bihorium, calor vero ultra quinque horas durabat & sudore moderato finiebatur, affectus ad nos defertur Ictericus & anxius: Hypochondrium dextrum tumet, durum est: appetitus nullus: sitis pauca: lingua sat pura.

Datur illi Infus. Nro 2.: 22da paroxysmus brevior, lenior est: quotidie minuitur & 25ta Februarii penitus abest: color cutis dilutior: hypochondrium mollius: anxietas minor, & Æger aliquoties hodie purgatur: incipit appetere: eadem medicamenti dosi ad tertiam Martii utitur: qua & color flavus disparuerat: hypochondrium naturaliter habebat, & omnes functiones bonæ erant.

Usus est dein media medicamenti dosi per sex alios dies, & optime valens 10ma Martii discessit.

CASUS DECIMUS QUINTUS.

Puella 10. annorum a 5. mensibus febri quotidiana, cujus frigus ultra duas horas illam excruciabat: calor vero pauco sudore defervescens circiter quadrihorium complectebatur, laborans ac tussi sicca & dolorifica extra paroxysmum præcipue affecta, appetitu carens, emaciata, coloris cachectici mihi 12ma Februarii committitur curanda.

Decocto Radicis salab. cum sale Polychr. & similibus affecto pectori & febri usque ad 20mam Februarii medicinam eo cum effectu feci, ut & tussis fere integre cessaverit, & appetitus sat bonus, continuante eodem modo ac ante febri renatus sit.

21ma

21ma Februarii dedi illi Infuſ. Nro 1. quo per 4 dies uſa a febre perfecte liberata fuit, nullo ſuperſtite, præter debilitatem & corporis emaciationem, ſymptomate. Uſa eſt medicamento adhuc per aliquot dies, & ſat cito convaluit.

CASUS DECIMUS SEXTUS.

Operarius 44. annos natus, poſt perpeſſos 14. febris tertianæ paroxysmos 24ta Februarii ad nos venit.

Frigus cum tremore 2 ½ horas, calor ad 9 horas protrahitur ſudore ſat copioſo deferveſcens: tument, dura ſunt, ad attactum dolent Hypochondria: color corporis cachecticus: appetitus paucus: alvus & urina ſat naturales.

Datur illi medicam. Nro 2. 26ta ſumit medicam. Nro. 1.

Senſim

Senſim lenior fit paroxysmus, qui tertia Martii vix ſenſibilis eſt, & poſtea penitus abeſt: hypochondria multum collapſa, mollia, indolentia ſunt: appetitus redit: pergit uti eadem medicamenti doſi usque ad 14tam Martii, qua perfecte curatus viſus eſt, & præter alios cibos carnibus incepit veſci.

21ma Martii mane leniter perfrigeratus incepit modice febricitare: tuſſire: ſputa ſunt aquoſa: os eſt amarum: lingua ſordida: hypochondrium dextrum tumet: datur Emetic. quod & vomitum quinquies & alvum aliquoties movet; poſt quod decoctum emoll. ipſi exhibetur.

23tia Martii erupere per totum corpus multæ petechiæ fuſcæ, quæ 24ta numero augentur. ab heri præter decoctum emollens pulver. flor. Arnic. cum ſyr. in formam electuarii mollis redacti dr. 11. per diem ſumit: hodie ter purgatur.

25ta

25ta Martii cutis ſicca: pulſus dilatatus, undoſus: reſpiratio bona: ter adhuc purgatur: nocte ſequente bene dormit: leniter ſudat.

26ta pulſus collapſus vix febrilis: vix amplius tuſſit: hypochondrium naturale cutis mollis: nox tranquilla.

27tima Petechiæ caput aciculæ majoris magnitudine & figura æquantes coloris ſunt lætioris, rubelli & pauciores: alvus cocta mollis: appetitus ſat bonus: lingua pura: functiones vitales naturales. Omnia continuo in melius mutantur, & 30ma Martii tantum ſuperſunt pallida petechiarum veſtigia. Miſſis reliquis dantur Ægræ cort. Peruv. dr. 11. per diem. Sic per 8. dies ſimul pauco vino & aptis cibis utens continuat, & cito vires recuperat.

CASUS

CASUS DECIMUS SEPTIMUS.

Fœmina pauperrima ex itinere ad nos pervenerat menſe Decembri, febri putrida Epidemica affecta, ex qua ægre evaſerat; cum jam a tribus ſeptimanis convaleſcens eſſet, & viribus jam ſufficientibus, ut poſſet dimitti, pollere videretur, quotidiana febri corripitur. Præmiſſis lenibus evacuantibus, cum a priori morbo jam fractæ vires non viderentur hanc febrim diu ſuſtinere poſſe, data eſt ipſi poſt quintum paroxysmum pulveris corticis Peruv. unc. ß. per diem. Prima die ſat bene fert: ſecunda die anxia fit: tertia revomit binas doſes & paroxysmus acerbior eſt reliquis. Ægra dein medicamentum recuſat, quare 2da Martii cortici ſubſtituitur Infuſ. Nro 2. Febris hac die vehemens eſt, & diutius durat ſolito: ſic die ſequenti pergit. Quarta Martii datur ipſi doſis dupla Infuſ. No. 2.

Quinta

Quinta brevior, lenior eſt paroxysmus. Sexta vix adeſt. Septima penitus emanet, functiones omnes bonæ ſunt: continuat adhuc per decem dies ſimpla medicamenti doſi uti, & cito appetitum & vires recuperat.

Toto febris tempore alvus ſponte feceſſit & miſſo cortice extra paroxysmum nulla adfuit anxietas.

CASUS DECIMUS OCTAVUS.

Fœminam 30. annos natam, laxi corporis habitus cum ſexto febris tertianæ paroxysmo quinta Martii curandam ſuſcipio: coloris eſt pallide flavi: os eſt amarum: lingua ſordida; appetitus deletus. Lien valde tumet: alvus eſt naturalis; urina pallide flava cum enæoremate divulſo.

Datur ipſi Emeticum, quod multum laticem viridem glutine mixtum ſurſum educit.

ducit: ſequenti die lenia tormina abdominis & Borborygmos conqueritur: quæ aſſumpto leni purgante, fluente ſexies alvo ceſſant.

Septima Martii incipit Infuſ. Nro 1. ſumere: 16ta reſolutus eſt lienis tumor: Febris autem continuat, ſub qua Ægra multum debilitatur, toto corpore pallens. 20ma finito paroxysmo ſumit cortic. Peruv. dr. 11. 21ma dantur dr. IV. 22da emanet paroxysmus; ſumit adhuc cortic. dr. 11. 23tia incipit quater de die cortic. Peruv. dr. ß. cum Marte gr. 1. ſumere. Sic per 12. dies continuat & perfectam ſanitatem adipiſcitur.

CASUS DECIMUS NONUS.

Juvenis 27. annos natus per menſem in aliquo Noſocomio febri tertiana laboravit cortice Peruviano demum curatus, dum

bis

bis emanſiſſet paroxysmus, licet Hypochondrium dextrum valde dolens, tumidum & durum eſſet, dimiſſus, eadem die circa primam pomeridianam frigore cum valido tremore & anxietate, dolore hypochondrii aucto correptus eſt, cui poſt ſesqui horam calor ſucceſſit per ſex horas durans, pauco ſudore finitus, poſt quem anxietas & hypochondrii dolores parum remiſerunt.

Quotidie eadem hora redit febris, ſub cujus quarta invaſione 13tia Martii ad nos defertur. Datur ipſi Infuſ. No. 1. in duplo.

16ta Martii hypochondrium multum mollitum, collapſum, vix dolens, anxietas minor: paroxysmus lenior, brevior: urina antea fuſca colorem naturalem habet: alvus naturalis ſponte ſecedit:

17ma Martii emanet paroxysmus nec amplius poſtea redit, totum hypochondrium detumuit, indolens eſt, & tantum parva durities ſub coſtis ſpuriis perci-

pitur; ſitis quæ ab initio magna fuerat, nulla eſt: redit appetitus: ſomnus hucuſque paucus: color cachecticus manet, pergit eadem medicamenti doſi uti.

24ta Martii cum jam a triduo magnus eſſet appetitus, bonus ſomnus, color fere ſanus, incipit tuſſire: ſputa copioſa, glutinoſa expectorat: hæc evacuatio per quinque dies continuat: æger prima Aprilis ſanus diſcedit.

CASUS VIGESIMUS.

Puella 26. annorum a 18vo ætatis anno menſtruis cum magna corporis debilitate, abdominis & artuum doloribus ſat regulariter erumpentibus & ut plurimum triduo finitis gaudens, tempore intermedio ſemper ſana, bilioſi temperamenti, 9na Martii febri tertiana corripitur: poſt tertium paroxysmum menſtrua, quæ prima menſis jam adfuerant,

cum

cum dictis ſymptomatibus denuo erumpunt, & per triduum iterum fluunt, continuante febri.

17tima Martii quinto paroxysmo defungens ſe curæ meæ commiſit : frigus cum magno totius corporis concuſſu ultra horam durat ; ſubſequens calor cum capitis dolore poſt decem circiter horas ſudore mediocri finitur : nullus appetitus : ſitis in paroxysmo multa : alvus naturalis : urina varia: tument, tenſa ſunt Epigaſtrium & hypochondria. Datur ipſi Infuſ. No. 1. ſub quo fere omnia in eodem ſtatu permanere videntur.

21ma Martii Pulver. florum arnicæ cum ſyrupo in Electuar. redact. dr. 11. per diem incipit ſumere.

25ta lenior & brevior eſt paroxysmus: ſed 26ta præter morem iterum ingruit & 27ma abeſt : 28va & 30ma febris de ſua vehementia & duratione continuo magis

amittit : hypochondria & Epigaſtrium collabuntur : vix amplius dolent.

Prima & 3tia Aprilis tantum leves aliquot horripilationes absque ſubſequenti calore paſſa eſt : poſthac nullum amplius paroxysmi ſignum obſervatur. Puella bene habens per ſex dies adhuc medicamento utitur, dein ab illo abſtinet.

CASUS VIGESIMUS PRIMUS.

Juvenis 27 annos natus, ante 4 annos per aliquot ſeptimanas ictero affectus eſt, qui eodem anno & ſequente 1770 denuo illum invaſit, & remediis variis domeſticis curatus, per biennium ſat ſanus vixit, donec 25ta Martii vehemens tertiana, cujus frigus ultra bihorium, calor autem per octo circiter horas durabat, & copioſo ſudore finiebatur, illum invaſerit.

27tima

27tima Martii ſub ſecundo paroxysmo factus eſt ictericus. 4ta Aprilis ad noſtrum Noſocomium delatus eſt. Hypochondria tumida, dolorifica, dura : Epigatrium tenſum, dolens; urina crocea ; alvus liquida, cinerea ; oculi & tota cutis ſaturata flavedine tincta : ſitis pauca : appetitus deletus : ſomnus vix ullus : pulſus tam in, quam extra paroxysmum debilis, flacceſcens. Datur ipſi Infuſ. No. 1.

8va Aprilis febris quoad omnia lenior, brevior : 10ma itidem : 12ma vix perceptibilis : 14ta a febri liber eſt , & poſtea liber manet : color cutis minus intenſe flavus : quotidie quater quinquiesve alvum tenuem dejicit . molliuntur hypochondria.

18va Aprilis Epigaſtrium collapſum, molle, ab attactu adhuc dolens : hypochondria mollia, indolentia : minus frequenter purgatur : cutis color pallide flavus : urina minus icterica : appetitus redit : ſomnus eſt

melior: pulſus ſolidior, fortior: loco Infuſ. No. 1. dantur ipſi flor. arnicæ Dr. 11. in Electuarium redactæ, diei ſpatio abſumendæ.

7ma Maji valde appetit: alvus & urina ſunt naturales: copioſiores cibi ipſi conceduntur. pergit uti medicamento uſque ad 18vam Maji & 19na bene coloratus, robuſtus, ſaniſſimus dimiſſus eſt.

CASUS VIGESIMUS SECUNDUS.

Vir 55. annos natus ob gravia infortunia, quæ ipſi acciderant, a longo tempore melancholicus. 7ma Aprilis febri tertiana corripitur: frigus magnum cum capitis dolore, magna anxietate & cordis palpitatione ultra bihorium durat, calor vix per trihorium durans ſudore multo finitus his ſymptomatibus finem imponit. 9na ad

no-

roſtrum Noſocomium defertur cum ſecundo ſuæ tertianæ paroxysmo.

Datum illi Infuſ. No. 2. in duplo ſumit uſque ad 17mam qua loco prioris medicamenti conditum No. 3. ipſi exhibetur. 19na paroxysmus binis ultimis vicibus jam multo lenior penitus emanet: optimum appetitum habet, & reliquæ functiones ſunt bonæ. Utitur adhuc per ſex dies eodem medicamento: dein ſanus dimittitur.

CASUS VIGESIMUS TERTIUS.

Operarius 30. annos natus 9na Aprilis febri quotidiana corripitur, cujus frigus accedente ſæpius tremore, mane incipiens uſque ad veſperas durans ab ingenti calore per totam noctem durante excipiebatur: Sitis erat vix ſedanda & ſub matutinum tempus ultra horam toto corpore ſudore diffluebat, quo finito levatus erat,

donec poſt duas tresve horas denuo inciperet frigere.

Statim incipit uti medicament. No. 3. 17ma paroxysmus vix ſenſibilis. 18va paroxysmus redit, ut ante: 19na lenior eſt. 20ma a febri liber eſt & liber manet.

23tia Epigaſtrium naturale: nullibi amplius dolet: appetitus eſt bonus; ſitis nulla: color ſanus. Utitur adhuc medicamento per octo dies, dein dimittitur.

CASUS VIGESIMUS QUARTUS.

Puella 23. annorum ſanguinei temperamenti 15to ætatis anno menſtrua ter habuit: dein per biennium emanſere, quibus ſponte modicis, ſed regularibus poſtea gaviſa eſt. Ante biennium cecidit & capite in terram impegit; ab eo tempore capitis doloribus & vertigine fere continuis,

etiam

etiam poſt febrim petechialem, qua anno elapſo laboravit, affecta vixit.

Menſe Martio hujus anni 1772. menſtrua denuo emanſere: ſub finem ejusdem menſis febri tertiana correpta cum hujus quarto proxysmo 4ta Aprilis ad noſtrum Noſocomium delata eſt. Frigus per bihorium durat abſque tremore: calor ultra 12 horas cum doloribus punctoriis utriusque hypochondrii, dolore lancinante in vertebris lumborum, aucta vertigine & Capitis dolorifico ſenſu: calor defervescit ſudore moderato.

Uſque ad 14tam Aprilis uſa eſt Rob. Sambuci, ſale Polychreſto & aliis medicamentis aperientibus, ſub quorum uſu frigus febrile lenius & brevius, ſequente eodem ac ante calore, evaſit, & dolores hypochondriorum ac lumborum fere evanuerunt: ſed progrediente calore ferociter delirabat, & finito paroxysmo valde debilis

erat, quare ipſi mixtura cum Cortice Peruviano præſcripta eſt.

Abſumptis Corticis Peruviani unc. IV. febris eadem ac ante manſit & fere ſopiti dolores recruduere : hinc cortici ſuperſedere debuimus, & 22da Aprilis illius loco medicament. No. 2. incepit ſumere ægra.

23tia Paroxysmus, utante. 25ta & vehementior & magis protractus eſt, quam priores. 27ma emanet, nec amplius poſtea redit : de leni capitis dolore & levi vertigine adhuc conqueritur : reliqui dolores ceſſarunt : appetit Ægra & reliquæ functiones ſat bonæ ſunt : pergit eodem medicamento uti.

5ta Maji ait, ſe a biennio caput adeo liberum non habuiſſe, & 6ta ejusdem ad ſuos a febri & cephalæa libera, ſat bonis jam viribus gaudens, redivit.

CASUS

CASUS VIGESIMUS QUINTUS.

Fœmina 24 annorum, 15to ætatis anno menſtruis nondum gaviſa, prægnans facta eſt; feliciter peperit & poſtea menſtrua ſemper regularia fluxere: donec æſtate 1770. denuo conceperit.

24ta Auguſti ejusdem anni febri tertiana correpta, ad quam fugandam ſumpto repetitis vicibus valido Emetico, abortum paſſa eſt, manente febri, quæ ſub finem Decembris ejusdem anni in quartanam mutata, cujus frigus cum vehementi tremore & convulſivo membrorum & faciei motu ægram per bihorium vexabat: calor autem circiter viginti quatuor horas durans profuſo ſudore terminabatur.

Menſe Octobri anni 1771. per ſeptemdecim dies quotidie quinque magnas Doſes Corticis Peruviani, quarum pondus ignorat, ſumpſit, Sub cujus uſu color cutis flavus

evaſit

evaſit: intumuit Epigaſtrium & media ſiniſtra abdominis pars: aqua intercus totum corpus obſedit, & febris eadem manſit, ac ante.

Sub finem Novembris menſtrua, quæ poſt abortum nondum prodierant, non obſtante tam morboſo corporis ſtatu, denuo pauca, ſed regulariter erupere & poſthac regularia manſere.

De curatione deſperans ægra poſt tantam corticis copiam incaſſum aſſumptam pauca poſtea medicamenta ſumpſit: donec 24ta Aprilis 1772 ad noſtrum Noſocomium curru vecta eſt.

Ægram rite tempore paroxysmi & apyrexiæ examinans inveni Epigaſtrium valde elatum, tenſum, dolens, ſiniſtram abdominis partem tumidam, duram: alvum ſat bonam; urinam dilute croceam & reliqua ut jam ſcripta ſunt: appetitus paucus: ſitis

extra

extra paroxysmum vix ulla : somnus sat bonus.

Dedi illi Medicament. No. 3. & 26ta Aprilis No. 4.

6ta Maji absque frigore paroxysmus invadit ; lenior brevior est : anasarca integre disparuit : color cutis melior est : urina bona : Epigastrium collapsum, molle, indolens : tumor durus abdominis partem sinistram occupans ultra mediam partem suæ molis amisit : magnus est appetitus : pergit uti medicamento.

9na Maji nec minimum febris indicium advertitur : ingens est appetitus : conceditur ipsi major ciborum copia, pergit uti eadem medicamenti dosi usque ad 16tam Maji, & 19na nullo amplius superstite morbi indicio sana discedit.

CASUS

CASUS VIGESIMUS SEXTUS.

Puella 24 annos nata a 13tio ætatis anno menſtruis uſque ad annum 1771. regularibus, quoad reliqua quoque ſat ſana, gaviſa eſt. Anno 1771. ter febri petechiali decubuit, dein per 4 menſes ſat ſana vixit, licet menſtrua toto hoc tempore non habuerit. 1ma Aprilis 1772. denuo eodem morbo putrido corripitur. 8va morbi die ad noſtrum Noſocomium toto corpore maculis latis, rubris, quarum multæ ultra lineam latæ ad longitudinem trium digitorum transverſorum extendebantur, plena defertur: multo ſpiritu vitrioli & cortice Peruviano per 8 dies adhibitis hæ maculæ diſparuerunt: Sed 16ta Aprilis circa undecimam matutinam frigus illam invadit, quod per horas duas cum dimidia durat, tremore, ſtridore dentium, dolore lancinante artuum inferiorum ſtipatum, & magno capitis dolore

lore continuo, comitatum erat : calor in ſeram noctem protenditur & ſudore deſinit: Epigaſtrium & Hypochondrium ſiniſtrum tenſa, valde dolentia ſunt : alvus naturalis, urina aurantia : ſitis tempore paroxysmi multa : appetitus nullus : in manibus multæ puſtulæ prurientes eruperunt.

17ma idem paroxysmus circa 9nam matutinam accedit : 18va maturius ingruit & ſudore jam finitum veſpere alius eodem cum rigore denuo ſequitur, & poſt mediam noctem curſum ſuum abſolvit.

19na mane redivit & poſtea regularis manſit. Uſa eſt ægra a ſecunda febris intermittentis die ſalibus, antiſepticis mixtis; quibus alvus leniter fluens reddebatur, & continuavit ad 26tam Aprilis uſque, qua cum febris & ſymptomata eadem permanerent Medicam. No. 3. ipſi præſcripſi.

27ma Paroxysmus fuit adhuc vehemens : 28va lenior, dein cum ſymptoma-

tibus

tibus ſenſim ſenſimque ita minutus eſt, ut ſecunda Maji penitus emanſerit, relictis Epigaſtrio & Hypochondrio liberis, evanidis capitis & artuum doloribus, appetitu vigente & reliquis functionibus naturali fere modo conſtitutis.

Uſa eſt medicamento uſque ad 9nam Maji. Poſthac puſtulis manuum exſiccatis, & quoad omnia bene habens ab illo abſtinuit, & cito vires recuperavit.

CASUS VIGESIMUS SEPTIMUS.

Juvenis 28 annos natus, a 23tia Aprilis ægrotans, 25ta ad nos mane defertur plenus petechiis rubris, vix febricitans, cum pulſu molli, parvo, debili, magnis ſyncipitis, oculorum & artuum inferiorum doloribus: hypochondrio ſiniſtro & Epigaſtrio tumidis, duris, dolentibus: alvo laxa: urina turbida, pallida: poſt prandium invadit illum

frigus

frigus vehemens cum tremore, quod per tres horas durat: calor dein ſequitur cum continuo fere ſudore, qui ad quartam matutinam ſequentis diei durat.

26ta Aprilis datum medicam. Nro 2. & continuatum Decoct. cum ſpiritu vitriol. quod heri exhibitum fuerat: ſumpſerat ſecunda morbi die purgans & ab eo tempore quotidie purgabatur.

27ma frigus absque tremore fuit, & tantum per bihorium duravit: calor & ſudor leniores.

29na tantum levis perfrigeratio percipitur ab Ægro: pulſus vix febrilis: bis alvum pultaceam coctam deponit: Petechiæ omnes pallent: molliuntur, minus dolent Hypochondrium & Epigaſtrium: ſæpe leniter ſudat: ceſſarunt capitis & artuum dolores: pergit quotidie bis terve alvum coctam deponere: nullus amplius ſequitur paroxysmus.

LIBRARY
SCHOOL OF MEDICINE

4ta Maji Petechiæ diſparuere. Pergit uti arnica usque ad 12mam Maji, qua hypochondrium & Epigaſtrium nihil amplius præternaturale præſeferebant, & quoad omnia optime habebat Æger: qui cito vires recuperavit.

CASUS VIGESIMUS OCTAVUS.

Juvenis 25. annos natus 19na Aprilis febri quotidiana corripitur, 28va ad nos defertur. Frigus per binas tresve horas cum tremore illum vexat, ſuccedit calor per quatuor horas durans, ſudore multo, tenui terminatus: Petechiæ fuſcæ denſo agmine totum corpus ad extremitates usque occupant: tument & dolent hypochondria & Epigaſtrium: alvus eſt laxa: pulſus debilis, mollis: dilacerans crurum dolor.

Datur

Datus eſt illi hauſtus ſequens.

℞. Cremor. Tartari Scr. II.
Rhei elect. dr. ß.
Syr. Mannat. unc. ß.
Aq. pur. unc. II.

qui ſæpius alvum movit: dein Electar. Nro 3. & Decoct. emoll. cum ſpiritu vitrioli incepit uti.

Bis abſumpto Electario emanſit febris: illo tamen & Decocto perrexit uti.

5ta Maji multæ Petechiæ diſparuerunt: reliquæ pallidæ ſunt: Hypochondria & Epigaſtrium naturalem mollitiem habent.

Quotidie ter quaterve alvum mollem, coctam deponit: pulſus eſt bonus: vires redeunt: appetitum habet æger & reliquæ functiones bene procedunt.

12ma Maji optime valet: abſtinet a medicamento & cito convaleſcit.

CASUS VIGESIMUS NONUS.

Juvenis 24. annos natus æſtate anni elapſi febri putrida decubuit & viſus eſt optime convaluiſſe: circa medium Septembris poſt comeſtos in prandio magno cum appetitu piſces oleo & aceto conditos circa quartam pomeridianam febri corripitur; frigus vehemens cum tremore bihorium; calor cum copioſo ſudore, capitis hebetudine, præcordiorum dolore per totam noctem durat, & poſtea Paroxysmus quartanæ regularis typum ſervat: ſub quo præter jam dicta ſymptomata os ſacrum valde dolet & ſæpe vomit Æger.

Multa incaſſum adhibuit medicamenta; manſit quartana usque ad Imam Maji, qua per totum fere diem friguit: noctu calorem paſſus eſt magnum, & ſub matutinum tempus copioſe ſudavit.

Secun-

Secunda & tertia idem paroxysmus: ſed frigus tantum per ſex horas durat: 4ta Maji ad nos defertur.

Tument, dolent Hypochondria & Epigaſtrium: color cutis eſt flavo-viridis: appetitus nullus: alvus tarda: urina crocea: vomitus ſub quotidianæ paroxysmis nullus: lingua pura, pallida: decubitus a tribus menſibus in latera impoſſibilis.

Præſcribitur illi Electar. Nro 2. ſenſim minuitur paroxysmus & 8va Maji non amplius adeſt: omnia ſunt mollia, indolentia: alvus cocta quotidie bis terve ſecedit. urina naturalis eſt: appetitus bonus: bene dormit: decubitus in utrumque latus liberrimus.

Pergit uti medicamento usque ad 14tam Maji & 15ta ſanus, bene coloratus dimittitur.

CASUS TRIGESIMUS.

Scriniarius 27. annos natus a 5. menſibus quartana laborans, cujus frigus valido frigore comitatum per bihorium, calor vero circiter per 14. horas durabat, & ſudore moderato finiebatur, ad nos 8va Julii delatus eſt, artubus inferioribus œdematoſis: liene ingenti, vix mobili, ab attactu dolente, mediam abdominis partem occupante: color cutis erat flavo - viridis: lingua pallide flava: ſitis extra paroxysmum modica: alvus tarda.

Uſus jam fuerat multis medicamentis, a quibus nullum levamen habuerat, immo res ejus continuo ſenſim in pejus ruerant. Quare datum eſt illi Electar. Nro 3., quo bis abſumpto febrilis paroxysmus ita lenitus eſt, ut ſpem conciperemus fore, ut non amplius accederet: verum 14ta Julii æque validus redivit ac dum Noſocomium intravit:

17ma

17ma iterum mitior fuit & dein perfecte emanſit: detumuere artus inferiores; lienis moles manifeſte minuitur: color eſt melior: appetitus adhuc paucus; alvus libera, ſubinde bis, ter in die ſecedens, mollis.

Perrexit eadem medicamenti doſi uti; appetitus ita ſenſim renatus eſt, ut ſub finem Julii carnes & alii ſolidiores cibi debuerint illi concedi.

4ta Auguſti color cutis eſt fere naturalis: de tumore & dolore lienis nihil amplius advertitur; levis tantum ſupereſt hypochondrii tenſio; omnes functiones naturaliter peraguntur.

Sumit eandem doſin medicamenti usque ad 14tam Auguſti, qua, nullo morbi ſuperſtite ſymptomate, miſſum illud fecimus & Æger brevi perfectæ ſanitati reſtitutus eſt.

CASUS TRIGESIMUS PRIMUS.

Puella 17. annorum nunquam menſtruata, alias ſemper ſat ſana 9na Auguſti circa quintam pomeridianam magno capitis, præcipue circa frontem & tempora dolore, abdominis dolorifica tenſione, magna anxietate, difficili reſpiratione & urente calore corripitur. Hæc ſymptomata durant usque ad mediam noctem: dein per biborium ſudat & omnia remiſſoria fiunt. Poſt prandium eadem hora denuo Ægram pari vehementia invadentia. 13tia Auguſti cum quinta exacerbatione ad nos defertur, plena toto corpore petechiis roſeis & memoratis ſymptomatibus affecta.

Sumpſerat domi purgans, a quo alvus ſæpe mota fuerat, & continuabat quotidie ſponte ſecedere: lingua erat pura, pallens: pulſus valde febrilis, mollis, Additur potui ſpiritus vitrioli.

14ta

14ta Auguſti mane incipit ſumere Electar. Nro 4. pulſus aliquid febrile habet: hora 5ta pomeridiana omnia ut heri.

17ma exacerbatio multo minor: alvus pultacea: 18va paroxysmus continuo lenior: 20ma vix ſenſibilis eſt: 21ma perfecte emanet: petechiæ diſparuere: appetit ægra, & præter debilitatem nihil de morbo ſupereſt.

22da loco medicam. No. 4. datur Infuſ. No. 1. quo utitur ægra uſque ad 25tam & citò convaleſcit.

CASUS TRIGESIMUS SECUNDUS.

Juvenis 25. annos natus ante novem menſes intra aliquot horarum ſpatium duodecim vini italici, cujus nomen ignorat, libras ingeſſit, & deſuper Vitrum Roſolii hauſit: noctu profunde dormivit, & die

ſequenti per horam cum magno tremore valde friguit : calore ſicco dein ultra duas horas affectus incepit ſudare & ultra quatuor horas in ſudore manſit, poſt quem ſat bene habuit, crediditque ſe ſanum. Elapſo biduo redeuns idem paroxysmus quartana febri illum affectum eſſe oſtendit : ultra 7. menſes diebus apyrexiæ ſolita munia, licet cum difficultate, obivit, & varia medicamenta ſumpſit, quibus irritis Noſocomium quoddam hujus civitatis intravit, ibi per tres ſeptimanas manſit : dein cum poſt ſumpta varia medicamenta & præcipue multum corticem Paruvianum febris eadem maneret & multo pejus quoad reliqua haberet, domum redivit : ubi per aliquot dies moratus 14ta Auguſti in noſtrum Noſocomium ſuſceptus eſt.

Appetitus erat ſat bonus, alvus tarda, urina naturalis : ſitis extra paroxysmum pauca : color cutis flavo-viridis : lingua pal-

pallida, tumida: lien tumidus: abdomen totum tumet, tenſum eſt: debilitas magna: in paroxysmo ab initio febris ingens oſſis ſacri & ultimarum vertebrarum lumbarium dolor, urens, lancinans: pulſus omni tempore debilis.

15ta Auguſti incipit uti Electar. No. 4. adfuit paroxysmus more ſolito.

18va ſenſibilis eſt paroxysmus, qui 21ma penitus abeſt nec amplius poſtea redit: pergit eandem medicamenti doſin ſumere.

23tia facies & abdomen detumit: lien mole multum minuitur: color multo melior eſt: appetitus ingens; dolor circa vertebras lumborum, & os ſacrum cum febre evanuit.

6ta Septembris nulla aucta evacuatione perfecte curatus dimittitur.

CASUS

CASUS TRIGESIMUS TERTIUS.

Fœmina 30 annos emenſa, fere tota vita ſana, prima Maji puerpera facta, ab eo tempore menſtruis carens, ſexta Auguſti poſt validos labores in libero aere peractos febri epidemica corripitur. Erumpentibus jam ſecunda morbi die petechiis, varia a medico experto illi adminiſtrantur medicamenta: 12ma apyretos eſt, & creditur morbum fere ſuperaſſe: 13tia Auguſti circa ſecundam pomeridianam invadunt illam frigus & tremor: durant per horam: ſuccedit calor tota nocte durans, & continuo leniter ſudat ægra: 14ta eadem hora idem paroxysmus: 15ta mane ad nos defertur.

Ægra eſt anxia, debilis: petechiæ omnes diſparuerunt; Capitis dolorem, gravitatem conqueritur, & difficile ad interrogata reſpondet: alvus eſt laxa: urina fuſca; color cutis fuſcus: lingua pura: E-

piga-

pigaſtrium & hypochondria tumida, valde tenſa, dolentia. Datur ipſi Medicam. No. 4.

16ta examinata alvus pultacea, nigreſcens eſt, ſicque continuat ad 27mam qua ſpiſſior eſt, coloris magis diluti: color cutis minus fuſcus: urina & reliqua ſymptomata ut ante: eadem die febris jam antea minuta penitus emanet: recuſat medicamentum, hinc datur illi Infuſ. No. 1. in duplo cum ſpir. vitriol. ſcr. 11.

2da Septembris Diarrhæa foetidiſſima correpta eſt, quæ dato ſequenti die decocto cum ſpiritu vitrioli, Bolo & Tinct. cinnam. Quarta Septembris mane multum remiſerat, manente pulſus debilitate, anxietate magna & hypochondriorum priori ſtatu: circa quartam pomeridianam incipit ſtertere & poſt ſeptimam moritur.

6ta Septembris inſtituta cadaveris ſectio oſtendit ventriculum circa arcum minorem in plano anteriori diluto livore notatum:

tum : pilorum circulo cartilagineo valde anguſtatum : internam totius ventriculi ſubſtantiam naturalem : Omentum gryſei coloris, adipis expers : inteſtinum jejunum fuſco-rubrum : reliqua inteſtina ſana : hepar maculis lividis, excepta lata macula alba ſuperficiem anteriorem occupante totum variegatum, conſiſtentiæ naturalis, molis vero ingentis, utpote fere ad umbilicum deſcendens, totum hypochondrium dextrum, & Epigaſtrium occupans, & lieni incumbens, cui ope membranæ denſæ pollicem latæ annexum erat : veſiculam felleam paucam bilem dilutam, continentem, lienem fuſcum putrefactum diſciſſa membrana, in pultem tenuem caloris nigricantis diffluentem : Pancreas illæſum : Renem utrumque hydatidibus profunde in illorum ſubſtantiam penetrantibus, luridis, ichorem fuſcum continentibus, denſe obſitum : meſenterium vix vitiatum : uterum naturalem.

In

In pectore pulmonem utrumque valde inflatum, nec admisso aere ullo modo collabentem, intus nigrum liquorem & multum aeris continentem: utriusque superficiem lividam: in sinistro pectoris cavo sesqui libram, in dextro duas libras seri flavi: paucam in pericardio lympham: cor ope ligamenti tenuis, tenacis pericardio accretum, ita laxum, ut levi adhibita vi in frusta discerperetur: sinum & auriculam dextram sanguine nigro, dissoluto refertam.

CASUS TRIGESIMUS QUARTUS

Molitor 22 annnos natus 5ta Augusti febri tertiana invaditur: per sesqui horam tenet illum validum frigus, & magnus tremor: calor per sex horas circiter durat, & fere absque sudore desinit: varia sumit medicamenta absque effectu.

18va Auguſti ad nos defertur toto corpore oedematoſus, flavus, epigaſtrio & hypochondrio ſiniſtro tumidis, duris, dolentibus: pectore valde anxio, omnibus functionibus languidis. 19na incipit Electar. No. 3. uti.

24ta Auguſti paroxysmus ſenſim minutus non amplius accedit.

25ta appetitus eſt magnus: Epigaſtrium & hypochondrium multum mollita & collapſa, minus dolentia: anxietas minor: urina & alvus naturales: anaſarca fere totus diſſipatus: color adhuc malus, pergit uti medicamento.

4ta Septembris oris amororem, nauſeam anxietatem majorem circa præcordia conquæritur: lingua eſt ſordida, flava: Epigaſtrium & hypochondria mollia, ab attactu parum dolentia. Sumit Emeticum, quod aliquoties vomitum excitat.

5ta

5ta Septembris eadem ſunt ſympto-
mata: repetitur Emeticum, quod ſurſum &
deorſum aliquoties operatur cum aliquo
ſymptomatum levamine.

7ma Septembris abdomen inflatum eſt,
Borborygmi ſunt frequentes: lingua ſordi-
da: appetitus nullus: ſumit hauſtum pur-
gantem, qui decem alvi dejectiones pro-
ducit, unde abdomen collabitur, hypo-
chondria ad ſtatum naturalem reducuntur,
color cutis bonus evadit & omnes functio-
nes denuo vigere incipiunt.

Nona Septembris carnibus & aliis ſo-
lidioribus cibis incipit veſci, & 15ta ſanus
& fortis diſcedit.

CASUS TRIGESIMUS QUINTUS

Operarius 17. annorum 23. Auguſti ſex-
um febris tertianæ paroxysmum perpeſſus
d nos venit. Frigus hora nona veſpere

ingruens ultra horam durat: calor vero per totam noctem, & fere ſine ſudore finitur: crura ſunt œdematoſa & poſt paroxysmum valde dolent: color eſt cachecticus: debilis eſt æger, parum appetit: reliquæ functiones ſat bonæ. Datur ipſi Medicam. No. 3.

29na Auguſti emanet paroxysmus. 31ma tota die leniter febricitat: non appetit: alvus & urina naturales: ſitis pauca: vires proſtratæ: loco prioris medicamenti, quod nauſeat, datur illi Infuſ. No. 1.

2da Septembris. lingua eſt ſordida: os amarum: deletus appetitus: nauſea continua: ſumit Ipecauanh. quod bis vomitum movet.

3tia Septembris continuantibus iisdem ſignis datur ipſi Emetic. ex Ipecacuan. ſcr. 1. & Tartar. Emetic. gr. 11. quod quinquies ſurſum, quater deorſum copioſe operatur: Poſthac febricula diſparet: reviviſcunt omnes

nes functiones : cito convaleſcit æger & 20ma Septembris ſanus & robuſtus diſcedit.

CASUS TRIGESIMUS SEXTUS.

Fœmina 44 annos nata, a pueritia fere ſemper ſana, 22do ætatis anno matrimonium inivit, & 8. proles peperit, quarum ſex adhuc ſanæ vivunt : Illa autem 1769. incepit anxietate præcordiorum & dolore ventriculi affici ac aſſumptis ſolidioribus cibis, anxietate & dolore majoribus premi : quare nonniſi tenerioribus cibis ab eo tempore uſa eſt ſicci bilioſi temperamenti fœmina. A 24to ætatis anno menſtruis carens anno 1771. illis aliquoties gaviſa eſt absque levamine : a medio circiter Junio anni 1772. febri quartana laborans 13tia Septembris ad nos venit.

Frigus circa ſextam veſpertinam invadens cum magno tremore ultra duas ho-

ras ægram dire afficiebat. Calor ſudore multo brevi ſtipatus, in alterum diem protrahebatur, & ægram valde debilitatam relinquebat. Lien valde tumet: hypochondrium dextrum & Epigaſtrium elata, tumida, dolentia: os ſordidum, amarum: appetitus deletus: alvus tarda: color cutis flavo-viridis: Dantur ipſi 14ta Septembris diviſis doſibus Tartari Emetici multa aqua diluti gr. III. unde ſæpe cum facilitate vomit & pluries purgatur.

17ta Septembris Amarities oris abeſt: lingua purior eſt, & quoad omnia tantisper ſe levatam ait ægra. Præſcribitur ipſi Medicam. No. 4.

Medicamentum bene fert ægra: ſenſim redit appetitus: alvus quotidie ſemel bisve ſecedit: poſt continuatum per 15 dies medicamenti uſum lienis tumor penitus diſſipatus eſt: hypochondrium dextrum, tenſo adhuc & ab attactu dolente Epigaſtrio

ſtrio, mollitum, naturale: cutis color melior: febrilis paroxysmus multo lenior & brevior.

Pergit eadem medicamenti doſi uti: Epigaſtrium unguento Althææ inunctum quotidie aliquoties fricatur. Sic ſenſim mollitur, detumeſcit, indolens fit, & hoc naturaliter habente 15ta Octobris, qui jam aliquoties valde lenis fuerat paroxysmus, penitus emanſit.

Fœmina functionibus omnibus jam ſat bonis gaudens, medicamentum ſuum ſumit ad 25tam Octobris: dein condito roborante aliquoties ipſi præſcripto brevi vires recuperavit.

CASUS TRIGESIMUS SEPTIMUS

Textor 34 annos natus anno 1770. febri quartana per novem menſes laboravit, a qua liberatus, utcumque ſanus per medi-

um annum vixit : dein tertiana correptus, quæ per tres menſes duravit, qua per Sympathiam, ut credit, ſublata, per quatuor ſeptimanas debile corpus ad labores coegit, & dein febri continua, putrida, epidemica correptus eſt, a qua poſt binos menſes difficile convaluit & opificii labores denuo ſat alacriter peregit. Menſe Julio anni 1772. ſcabie purulenta correptus eſt, quæ per totum Julium & Auguſtum duravit : qua ſponte evanida intumuere pedes & crura: hic tumor poſt paucos dies ſponte diſparuit. Æger magna cum difficultate labores ſuos peregit. 18va Septembris dolore lancinante omnium artuum mane corripitur : media ſecunda poſt prandium perfrigeratur, horripilationibus fere continuis per horam afficitur : quibus ſuccedit levis calor, temporum pulſatio, dolor, ſitis, vix læſo appetitu, multa, ſudor nullus : ad noſtrum noſocomium defertur.

19na

19na Septembris media nona matutina leve frigus: calor moderatus circiter horam durans absque sudore finitus: media secunda pomeridiana Paroxysmus ut hesternus redit, quatuor horarum spatio absolutus: cujus tempore pulsus est valde citatus, mollis: respiratio anxia: abdomen & hypochondrium tumida, indolentia: alvus tarda: color cachecticus: urina cruda, pallide flava: Datur ipsi lene purgans per Epicrasin, quod vigesima continuatur; inde sensim duodecies purgatur, quo non obstante iidem paroxysmi eodem modo, ac heri, ambo redeunt.

21ma uterque paroxysmus typum suum exacte servat: abdomen parum collapsum est: datur ipsi Infus. No. 1.

28va Septembris multum collabuntur hypochondria: post utrumque paroxysmum incipit leniter sudare: alvus est libera: sitis pauca: appetitus sat bonus, & æger,

qui antea noctes fere integras vigil tranſigebat, noctu ſat pacate dormit.

Tertia Octobris matutina febris emanſit: pomeridiana tantum circa nonam veſpertinam ſui levia indicia dedit: æger noctu multum ſudat: ſequenti die ab utraque febre liber eſt: abdomen & hypochondria naturaliter habent: facies eſt bene colorata, & omnes functiones bonæ. Utitur adhuc per 14 dies eadem medicamenti doſi, ut latentes forte adhuc obſtructiones tollantur, quo toto tempore cutis frequenter leni ſudore madet, viribus ſimul increſcentibus, quæ cito redintegratæ fuerunt.

Varia forma, qua flores arnicæ febribus intermittentibus affectis ægris exhibiti fuerunt, & differentia in variis individuis ſymptomata anſam tot caſibus hic referendis dederunt: ne ulteriori ſimilium caſuum enarratione Lectori tædium pariam: cæteros ægros, quorum hiſtorias non retu-

li

li, prout de menſe ad menſem uſque ad menſem Auguſtum 1774. curandos ſuſcepi, recenſebo, eosque candide notabo, quibus flores arnicæ non ſuffecerunt.

Quotidianæ.	*Tertianæ.*	*Quartanæ.*
	Menſe Decembri 1771.	
2.	2.	3.
	Unus Febrim per annum integrum paſſus exhauſtus eſt, & ab ea per 5. dies liber, obſtructionibus plenus in febrim continuam incidit & mortuus eſt.	
	Januario 1772.	
7.	2.	3.

Quotidianæ.	*Tertianæ.*	*Quartanæ.*
	Februario	
2.	0.	3.
	Martio	
3.	3.	0.
	Aprili	
8.	7.	0.
	Majo	
14.	15. Uni dari debuit cortex peruvianus.	4.
	Junio	
2.	3.	0.
	Julio	
0.	2.	0.

Quo-

Quotidianæ.	*Tertianæ.*	*Quartanæ.*
	Auguſt. 1772.	
17.	18. Ex his tres in febrim putridam continuam mutatæ ſunt, & unus hepar & lienem tumidum, induratum habens mortuus eſt.	I.
	Septembri	
7.	8.	I.
	Octobri	
58. Bini cortice Peruviano curati: quinque in continuas putridas inciderunt, unde evaſerunt;	38. Binis datus cortex: in continuam lapſi feliciter evaſerunt: binæ recidivæ floribus iterum curatæ.	14. Uni datus cortex, unus in continuam incidit, & valde difficile evaſit.

Quo-

Quotidianæ.	*Tertianæ.*	*Quartanæ.*
sex recidivam passi iterum floribus arnicæ curati		

Novembri

39.	35.	25.
Unidatus cortex, sed recidivam passus arnicæ floribus ultimatim curatus.	Duo sumpserunt corticem.	Unus cortice curatus est.

Decembri

20.	16.	17.

Hoc mense plures recidivam passi, omnes tamen denuo floribus arnicæ curati.

Januar. 1773.

5.	8.	19.

Quo-

Quotidianæ.	*Tertianæ.*	*Quartanæ.*
	Februario	
6.	10.	15.
	Martio	
8.	17.	14.
	Aprili	
13.	21.	13.
	Majo	
30.	25.	5.

Hoc menſe Methodus antiphlogiſtica apud plures adhiberi debuit, qua ſola quinque quotidiana & ſex tertiana affecti curati ſunt; reliquos flores arnicæ a febri liberarunt.

Martius & Aprilis frigidi & ſicci, flante fere continuo ex plagis borealibus vento, fuerunt: tempeſtas manſit ſicca uſque ad medium Majum, quo tempore pluvia multa

ta per triduum cecidit : dein cælum factum eſt ſerenum, manſitque ſic, raro cadente pauca pluvia, uſque in ſerum autumnum : ſicque conſtitutionis aeris putridæ Epidemicæ vis fracta eſt : rariora in ægris poſtea fuere putredinis ſigna : perrexi tamen attendere ad febres intermittentes, viſurus an ſub ordinariis temporum anni mutationibus flores arnicæ vim febrifugam exererent, &ægrorum numerum ut ante notavi.

Quotidianæ.	*Terrianæ.*	*Quartanæ.*
	Junio 1773.	
25.	31.	6.
Inter quos uni debuit dari cortex peruvianus.	Inter quos una fæmina cortice opus habuit.	
	Julio	
30.	14.	4.
Uni datus cortex.	Una fæmina cortice curata recidivam	

Quo-

Quotidianæ.	*Tertianæ.*	*Quartanæ.*
	dein passa, floribus arnicæ a febri perfecte curata.	
	Augusto	
20.	18.	10. Inter quos bini usi sunt cortice peruviano.
	Septembri	
16.	30.	5.
	Octobri	
13.	16.	10.
	Novembri	
14.	6.	9. Inter quos unus non re-

Quo-

Quotidianæ.	*Tertianæ.*	*Quartanæ.*
		solutis abdominalium viscerum obstructionibus a febre per 5. dies liberatus in putridam incidit, & mortuus est.
	Decembri	
6.	4.	12. Quorum tres corticem sumpserunt
	Januar. 1774.	
5. Unus cortice curatus.	5.	11. Unus cortice indiguit.
	Februario	
2.	4.	2.
	Martio	
4.	16.	8. Unus cortice curatus.

Quotidianæ.	*Tertianæ.*	*Quartanæ.*
	Aprili	
5.	12.	5.
	Majo	
20.	17.	4.

Menſe Aprili & Majo Methodus antiphlogiſtica apud multos neceſſaria fuit : immo uni Quartanario ob pulſus plenitudinem & duritiem etiam extra paroxysmum continuantem bis vena eductus eſt ſanguis valde phlogiſticus. Soli Methodo antiphlogiſticæ decem quotidianæ & ſex tertianæ ceſſerunt : reliquæ, ſublatis inflammationis ſignis, floribus arnicæ curatæ ſunt.

	Junio.	
6.	16.	9. Una fæmina ultimatim cortice penitus curata.
	Julio	
15.	17.	5.

Sic a menſe Decembri anni 1771. usque ad finem Julii 1774. præter ægros quorum hiſtorias ſcripſi 1090. febribus intermittentibus affectos in noſocomio habui, ex quibus, ſi 14., qui in febrim putridam inciderunt, & quorum quatuor mortui ſunt, dein 27. ſola methodo antiphlogiſtica curati abſtrahantur, habebitur numerus 1052 ægrorum, quorum ſolum 25. cortice curati ſunt, reliqui omnes floribus arnicæ, magna ex parte in ſubſtantia cum melle deſpumato in Electuarium redactis a febre liberati fuerunt: ubi tamen ob peculiarem Idioſyncraſiam ægri mel ferre non poterant, ſyrupus aliquis illi ſubſtitutus eſt.

Patentibus florum arnicæ vel in ſubſtantia, vel Infuſo aut Infuſo-Decocto exhibitorum viribus rogavi indefeſſum pharmacopææ *ad ſanctum Spiritum* Proviſorem Dominum Reiſer, ut mihi ex illis aquoſum pararet extractum, cujus circiter lib. ß. ex flor. lib.

1. ob-

i. obtinuit. Hoc, visurus, an sub coctione & evaporatione non deperderentur medicamenti vires, Mense Septembri incepi uti.

CASUS TRIGESIMUS OCTAVUS

Scriba 34. annos natus a mense Augusto appetitu carens 6ta 7bris febri tertiana corripitur: frigus cum tremore per sesqui horam durat, calor ultra 12. horas, sub quo vehementi Hæmicrania, cui brevi delirium accedit, afficitur. Sudor copiosus, frigidus, ultra horam durans paroxysmo finem imponit.

18va 7bris ad nos defertur totus ictericus: tumido valde liene; Epigastrio & hypochondrio dextro valde inflatis: alvo arda, dura, alba: urina valde crocea: ore amaro; siti multa: appetitu prostrato: respiratione per vices difficili; pulsu debili, parvo, inæquali. Salinis solventibus, pur-

gantibus medicamentis per 4. dies cum aliquo levamine uſus eſt: verum inde multum debilitabatur: & Hæmicrania acerbior fiebat, quare 22da 7bris datæ ſunt ipſi in mixtura extract. flor. arnic. dr. II. per diem abſumendæ.

25ta Icteri ſigna minuuntur: vires meliores: animus erectus: hypochondria minus tumida: dantur ipſi Extract. flor. arnicæ dr. III.

28va color ictericus diſparuit: Paroxysmus febrilis cum ſuis ſymptomatibus emanet: valde appetit æger: ob reſiduum lienis tumorem medicamento adhuc per 15. dies utitur, dein ſanus dimittitur.

CASUS TRIGESIMUS NONUS.

Virgo 42. ætatis annum emenſa circa medium Julii pluvia madefacta non potuit veſtimenta mutare, valde perfrigerata eſt, &

in

in febrim quotidianam incidit, cui poſt tertium paroxysmum icterus adjunctus eſt.

Initio febris erat ſat lenis, & non diu durabat: ſenſim autem paroxysmi acerbiores & longiores evaſerunt: donec valde parvus interwiſſioni locus eſſet: 24ta Septembris ad nos delata eſt.

Paroxysmus circa ſecundam pomeridianam cum frigore & tremore per mediam horam durante ingruebat: calor ſequebatur validus, poſt mediam noctem ſudore interrupto comitatus: matutino tempore multum ſudabat: ſudor ſenſim lenior factus circa meridiem finitus erat: tumebant & valde tenſa erant Epigaſtrium & hypochondria: alvus laxa, gryſea: urina icterica: color cutis flavo-fuſcus: facies ædematoſa: pulſus mollis, irregularis, debilis: tempore paroxysmi reſpiratio erat valde anxia, crebra, celeris: veſpere primo allatæ datur mixtura ſalina: & 25ta Septembris extract. flor. ar-

nic. dr. II. per diem in mixtura ſumere cœpit.

Sub uſu Medicamenti de die in diem melius habet ægra, quam 3oma 7bris ab icte-ro & febre liberam mecum invenerunt plu-res, qui illam ab ingreſſu ſuo in noſocomi-um viſitabant Medici: Epigaſtrium & hy-pochondrium dextrum detumuerunt: in ſi-niſtro multum collapſo tangitur lien adhuc tumidus: cæterum functiones naturales ſunt bonæ: & reliqua ſymptomata diſparuerunt.

Ægra ad lienis tumorem reſolvendum fere uſque ad finem Octobris eadem Medi-camenti doſi optato cum effectu uſa eſt: ſub cujus uſu aptis cibis veſcens robur & amiſ-ſam toroſitatem recuperavit.

Hæc fæmina, non obſtante tanta febri & tot viſcerum læſione, evacuatione men-ſtrua nunquam privata eſt.

CASUS

CASUS QUADRAGESIMUS.

Sartor 28 annorum, qui per totam æſtatem minus bene valuerat, vehementi quartana corripitur, cum cujus nono Paroxysmo 3oma Septembris in noſtrum Noſocomium ſuſceptus eſt.

Facies colore fuſco-viridi tincta eſt, tumidula: reſpiratio ad motum paulisper auctum & in Paroxysmo anxia, difficilis: pulſus in calore paroxysmi ſat plenus & fortis, valde frequens, extra paroxysmum mollis, debilis, inæqualis: appetitus paucus: alvus colore & conſiſtentia naturalis, tarda: urina inſignificans: hypochondrium ſiniſtrum tumidum, durum, dolens. Dantur ipſi Medicamenta reſolventia, aperientia, alvum leniter moventia.

9na Octobris non obſtante horum medicamentorum uſu paroxysmus adhuc vehementior eſt ſolito: & reliqua eadem ſunt

ac ante. missis aliis medicamentis dantur ipsi per diem extracti florum arnic. dr. II. & 12ma dr. III. de die in diem omnia manifeste in melius mutantur.

15ta frigus, quod per duas horas & ultra durabat cum tremore emanet, calor ægro, licet pulsus febrilis sit, non est sensibilis: hypochondrium multum collapsum & mollitum est: alvum laxam quotidie bis terve deponit: appetitu gaudet.

18va Octobris nec minimum febris Signum supereſt: hypochondrium naturale invenitur: color cutis naturalis: præter debilitatem nihil morbosi in ægro deprehenditur. pergit eadem Medicamenti dosi uti.

21ma datur ipsi Medicament. No. 4. cum limatur. Mart. non rubigin. gr. VIII. ut residuæ forte obstructiones resolvantur & corpus roboretur: hoc cibis simul utens congruis usque ad finem Octobris sumpsit

&

& perfectæ ſanitati reſtitutus paulo poſt diſceſſit.

CASUS QUADRAGESIMUS PRIMUS.

Homo 29 annos natus initio Aprilis febri tertiana correptus eſt, qua uſque ad finem Julii laboravit, ab illa demum cortice liberatus. ab eo tempore non rediit corpori agilitas: functiones naturales ſæpius languerunt: 24ta Septembris, prægreſſa per duas dies magna laſſitudine, vehementi frigore corripitur, cui poſt mediam horam ſuccedit calor magnus cum magno capitis dolore: 2da die capitis dolor remiſſior eſt, & calor minor: 3tia die eadem hora nempe 10ma matutina frigus idem ac nudius tertius, poſt quod calor & capitis dolor denuo exacerbantur: ſub tertia exacerbatione ad Noſocomium defertur.

Subdelirando ingentem capitis dolorem conqueritur : valde crebro & celeriter ſpirat : Pulſus eſt plenus, durus , contractus, valde febrilis : lien valde tumidus extra coſtas exſtat : color cutis cereus.

Vena ſena eductus eſt ſanguis denſa cruſta phlogiſtica tectus : cruſtæ adhærens cruor , parum cohærens mediocri agitatione ſerum rubro colore tingit, præſcribitur ægro decoctum ſolvens , antiphlogiſticum, leniter purgans , vaſculatim ſumendum : quo ſex dierum ſpatio uſus id habet levaminis, quod febris circiter tres horas intermittat, ſub paroxysmo minus deliret æger & capitis dolorem facilius toleret ; reliqua autem manent, ut ante.

Sumit per 4 dies Rob. Sambuc. cum nitro & ſale Polychreſt. &c. nulla ulterior mutatio fit : quare datur illi mixtura cum extract. florum arnic. in aq. pur. ſolut & ſyrup. edulcorat. dr. 11. in die ſumenda.

14ta

14ta Octobris cum vehemens maneret febris paroxysmus, color cutis non mutaretur, & lien æque tumidus videretur, ac ante, data est illi Extract. flor. arnic. unc. ß. in mixtura syrup. probe edulcorata cum aliquot liquor anod. mineral. guttulis. ab hoc tempore febris continuo minor evasit, & 20ma Octobris emansit: color multo melior erat: Lienis moles multum minuta; appetitus magnus.

Usus est æger usque ad 6tam 9bris eadem Medicamenti dosi: dein cum color sat bonus esset, & de lienis tumore nihil amplius animadverteretur, illius loco leniter roborantibus per 10 dies adhibitis perfectæ sanitati restitutus est.

CASUS QUADRAGESIMUS SECUNDUS.

Fæmina 34tum ætatis annum agens, 6. prolium mater, quarum ultimam sub finem

nem Auguſti feliciter peperérat, & fere per tres menſes ſana lactaverat. 6ta Novembr. veſpere capitis dolore correpta eſt, noctu ita exacerbato, ut noctes inſomnes tranſigeret & fere fureret: interdiu multum remittebat dolor, & negotia ſua domeſtica ut, cumque peragebat : veſpere idem redibat paroxysmus ita tamen, ut quotidie paulo ſerius invaderet.

Ægra omnem appetitum amiſit, infantem ob defectum lactis ablactare debuit: ac demum 26ta Novembris exacerbatione circa matutinum tempus ingruente dolores tota die tanti eſſe cæperunt, ut aliquoties, dum ſurgere ex lecto vellet, vertiginoſa in terram conciderit : unde lecto affixa variis incaſſum uſa eſt uſque ad 10mam Decembris, qua ad noſtrum Noſocomium curavit ſe deferri.

Ægra valde emaciata erat, color viridis : functiones naturales languebant: pulſus

ſus etiam tempore exacerbationis erat parvus, mollis, irregularis, frequentia non peccans: reſpiratio ſat libera: dolor capitis ab attactu non augebatur: & ſub exacerbatione, quæ hora 9na matutina accedebat, tantus erat, ut ægra bihorii ſpatio ſæpius leniter convelleretur.

Præmiſſo leni purgante ſtatim incepit ægra extract. flor. arnic. dr. 11. per diem in mixtura ſumere.

12ma Decembris ait ſibi jam paulo levius eſſe: dantur ipſi Extracti dr. III. interdiu aſſumendæ: dolores cito minuuntur: & 17ma ab illis penitus liberata optimo appetitu gaudet; omnes functiones incipiunt denuo vigere: pergit uti eadem medicamenti doſi uſque ad 26tam Decembris, & brevi poſt perfecte ſana domum ſuam repetit.

Inutile duco plures ægrorum febribus intermittentibus laborantium hiſtorias ſcribere: hinc tantum eorum, quos

hoc

hoc extracto curavi, numerum a menſe Septembri anni elapſi, uſque ad finem Aprilis hujus anni hic adjungere liceat.

Quotidianæ.	*Tertianæ.*	*Quartanæ.*
	Menſe Septembri 1774.	
9.	15.	5.
	Octobri	
8.	9.	9.
	Novembri	
2.	2.	14.
	Decembri	
2.	3.	8.
	Januar. 1775.	
4.	1.	3.

Que-

Quotidianæ.	*Tertianæ.*	*Quartanæ.*
	Februario	
4.	1.	6.
	Martio	
5.	7.	4.
	Aprili	
4.	8.	9.

Sic extracto florum arnicæ curavi

38. Febres quotidianas

46. Tertianas &

58. Quartanas: ſummam nempe 142.

Præter hos adfuere aliquot ægri, quibus vel arnica, vel aliis remediis tractatis aut cortex aut Martis limatura cum condito No. 4. dari debuit, quibusdam etiam ſolus Mars ſuffecit.

Hoc anno, licet rigidiſſima fuerit hyems, tantum tres uſque ad finem Aprilis in noſo-

nosocomio jacuerunt, quibus cura antiphlogistica necessaria fuerit.

COROLLARIA.

Flores arnicæ, ut jam alias monui, subinde quibusdam ægris anxietatem & spasmos circa præcordia causant, qui autem post sumptas tres vel quatuor doses fere semper disparent, & valde raro etiam magna dosi dati vomitum excitant, ni forte ab acribus antea ingestis, ut nimis vehementibus emeticis, drasticis purgantibus &c. ventriculus forte inflammatus aut vulneratus sit, quibus in casibus vel meris demulcentibus utendum est, vel saltem talia floribus arnicæ addenda sunt.

Observavi flores arnicæ, præcipue ubi aer calidus est, in fermentationem facile ruere, vidique aliquoties in subjectis debilibus post illos assumptos ventriculum distendi:

quod

quod ſymptoma ab extricatione majoris aeris voluminis, quam, ut a debilibus viſcerum vaſculis abſorberi vel expelli queat, deduci maxima ex parte poſſe credidi.

In hoc caſu floribus arnicæ ſive infuſis ſive in Electuarium cum melle redactis talia addidi, quæ fermentationi reſiſtere experimentis demonſtravit celeb. Macbride.

Tempore Epidemiæ & in conſtitutione anni putrida, quæ menſibus Junio, Julio, Auguſto plus vel minus quotannis obtinet, vel alio etiam anni tempore præſentibus in ægro tendentiæ humorum ad putredinoſam diſſolutionem ſignis, ſuccus citri, cremor Tartari, ſpiritus vitrioli Electuariis & infuſis florum arnicæ admiſceri curavi.

Ubi leni in primis viis adſtrictione opus erat, ſpir. vitriol. ſcrup. 1. vel dr. ß. quotidie Medicamento addita eſt: ubi robur ſufficiens viſum eſt, ſuccus citri vel cremor tartari immixta ſunt.

Infantibus & delicatis hominibus medicamentum gratum (*a*) reddi debet, ut libentius & facilius ſumant, quod variis modis fieri poteſt : id autem omnium commodiſſime extracto præſtatur, cujus dr. 1.

in

(*a*) *Nuper puellam quinque annorum valde delicatam & gracilem febri quotidiana laborantem curavi : Paroxyſmus hora octava mane ingruens cum magnis anxietatibus, valida copioſæ bilis & muci per vomitum ſepties octieſve repetitum rejectione incipiebat : ſequebatur calor magnus ; reſpiratio valde anxia, crebra : tuſſicula inanis : poſt biberium anxie dormiebat : ſudabat & circa meridiem apyretos fiebat, ſicque omnia ſymptomata præter tuſſim diſparebant.*

Tempore ſecundi paroxysmi vocatus vomitum potu tepido conatus ſum faciliorem reddere : finito paroxysmo purgans diviſis doſibus exhibui, quod ſexies alvum movit: dein Infuſ. No. 5. unc. 1. §. omni biborio ipſi propinari juſſi: tertius paroxysmus fere idem fuit ac priores, Quartus multo lenior, tantum quater aquoſa vomuit : anxietas & tuſis minores. Quintus paroxysmus poſt horam finitus eſt : nec amplius redivit. Per octiduum continuato eodem medicamento parvula vires cito recuperavit.

n aqua ſolutam, apto ſyrupo ſufficienter edul-
oratam intra diem tenelli optimo cum effectu
umere poſſunt, qua doſi aliquoties abſum-
ta etiam majorem absque incommodo fe-
unt: principium enim illud, quod ſpaſmos
entriculi & anxietates, dum medicamentum
n ſubſtantia vel infuſo exhibetur, parit:
idetur ſub præparatione extracti maxima
x parte avolare; & forte præter aerem
imia copia extricatum nihil aliud eſſe.

Si lenis per Epicraſin requirebatur ca-
narſis, Rhei ſcr. 11. vel dr. 1. per diem
ubinde cum cremore tartari Electuario
ddita ſcopo ſatisfecit: paucis robuſtis &
lvum valde ſegnem habentibus profuit ad-
nctus Jalap. pulvis; apud quosdam hau-
us purgans præmiſſus, vel uſui florum ar-
icæ interpoſitus eſt.

Emeticum fuit vel ſola Ipecacuanha
el ejus ſcr. 1. aut dr. ß. tartari Emetici gr.
. vel gr. 11. addita ſunt.

UNIVERSITY OF MARYLAND
LIBRARY
Founded 1813
SCHOOL OF MEDICINE

Duros viſcerum tumores reſolvere ſu
inde juvit fricti mediante unguento facta
ſervata eſt, ut ſemper in noſtro noſocomi
fit, omnis poſſibilis mundities : ægri in cu
biculis aere, perforato in quavis fere fen
ſtra quadrato, ſpiraculis in ſuperiori ligne
tæ cartignationis pariete apertis, portis op
poſitis continuo renovato gaudentes, juſ
ſunt ſæpius ex lecto ſurgere & favente cæl
in area noſocomii deambulare.

His adjuti adminiculis arnicæ flores to
omnis generis febres intermittentes vicerun

Hic tamen notandum venit, quo
non paucæ febres, quæ potius infarctus vi
cerum, vel diu jam ante prægreſſæ cache
iæ effectus erant, quam affectiones pr
mariæ, quandoque ſat diu durarint, a
tequam morbi primarii tollerentur : lic
enim febris ſub uſu florum arnicæ, ſuperſ
tibus adhuc viſcerum obſtructionibus, ſæ
ſopiatur. Sæpius tamen non ceſſat, prii
quam

quam reſolutæ fuerint, ſive hæ ipſius febris effectus, ſive cauſa extiterint; magna autem enumeratorum ægrorum pars febribus affecta erat, quæ mala diæta, vel male adminiſtratis aut plane neglectis remediis valde protractæ viſcerum obſtructiones & cachexiam produxerant.

Sub cura febrium intermittentium per arnicæ flores inſtituta nec mihi, nec doctis medicis, qui ſucceſſive mecum noſocomium ſemper frequentarunt, hucusque contigit videre viſcerum tumores, indurationes, anaſarcam, aſciten, rheumatismum ſcorbuticum, anxiam reſpirationem oriri: immo fere omnes hi morbi hoc medicamento ſufflaminantur, cortici ideo multum præferendo, qui febrim tantum curans, mala, quæ ante illam aderant, vel per illam producta fuerant, intacta relinquit: immo ſi laxitatem ſolidorum excipias, aliquando omnia pejora reddit. Unicuique vero pa-

tet (ut jam alias monui) dum viſcera jam ita diu materia lenta, tenaci, obſeſſa ſunt, ut vaſcula magnam viſcerum partem conſtituentia cum illa materia concreverint, vel defectu permeantis liquidi diu collapſa appreſſis ad ſe invicem parietibus coaluerint, omne medicamentum irritum eſſe: quod malum adhuc gravius reddit membranæ celluloſæ cum contenta in ſuis interſtitiis effuſa materia concretio.

Si diu in viſceribus hærentes tenaces humores adhuc utcumque vel arte, vel ſpontaneo naturæ conamine mobiles magnam acrimoniam contraxerint, motos hos & ſanguini mixtos febribus continuis periculoſis, ſubinde lethalibus & aliis malis producendis plusquam idoneos eſſe attentis practicis nimis notum eſt.

Sæpe evacuatio quædam florum arnicæ in febribus intermittentibus uſum comitatur:

ſubinde

ſubinde ſublatam jam febrim continuato illorum uſu ſequitur.

Si poſt apparentia materiæ viſcera obſtruentis ſolutæ & motæ ac primas vias petentis ſigna, nullæ fiant evacuationes, torpida natura dato Emetico vel purgante ad noxii evacuationem excitari debet : idque quoties ſigna turgentis circa primas vias materiæ indicabunt : immo etiam absque his ſignis, ſi tumidi jam diu viſceris magnus collapſus ſine evacuatione fiat, præſtat, habita tamen ſemper virium ratione, materiem motam aptis remediis ad primas vias allicere, quam ſinere, ut ſecundas vias ingreſſa periculoſis morbis anſam præbeat.

Ab aliis ſolventibus in eo differunt flores arnicæ, quod morboſam humoribus diſſolutionem, etiam valde diu protracto uſu non inducant : immo pulſum antea parvum, debilem, flaccidum dilatant, fortiorem & ſolidiorem reddunt ; neque etiam

ſanguinem ita exagitant & ſolida eo modo irritant ac ſolventia medicamenta ex claſſe aromaticorum petita, ſed peculiarem quam dam vim tonicam in ſolida exerunt, ſæpe humorum morboſam craſin corrigunt, atque in debilibus laxa ſolida & morboſa diſſolutione laborantes humores habentibus ægris, ubi ratione ſolidorum laxitatis indicata varia roborantia ob viſcerum magnas obſtructiones, & plura alia ſolventia ob præſentem humorum diſſolutionem non ſemper absque noxa dari poſſunt, ſecure & optimo cum effectu, utplurimum, exhibentur.

Ubi ſolida ita laxa & debilia facta ſunt, ut appoſitione principii adſtringentis ad robur libero functionum exercitio neceſſarium acquirendum indigeant, Styptica virtute carentes arnicæ flores Medicamentis adſtringentibus ſubinde locum cedere, vel hæc in auxilium vocare coguntur. Dum enim ad tantum debilitatis gradum pervenerunt

runt ſolida, functiones omnes plus vel minus languent & levi de cauſa turbantur, ſicque febri excitandæ aptus ſpecificus character facile pergit in actum erumpere.

Talis erat fere omnium ægrorum ſtatus, quibus corticem peruvianum dedi: licet enim pertinax febrium intermittentium, non obſtantibus optimis adhibitis remediis, continuatio & frequentes recidivæ variis, ſæpe etiam a medico non detegendis cauſis, debeantur, frequenter tamen ſolidorum nimiæ debilitati & laxitati tribui debent, ad quam corrigendam, ut ante monui, ſtyptica vi carentes arnicæ flores non ſemper ſufficiunt.

Ab evacuantibus & in ſex rebus non naturalibus errore commiſſo minus frequenter reſuſcitatur febris arnicæ floribus ſublata, quam dum cortice curata fuit: recidivæ tamen etiam fiunt, quæ, licet ſubinde magis roborantia requirantur, uſu amarorum,

leniter raborantium cum addita mediocri cujusdam grati medicamenti aromatici dosi sæpe præcaveri solent.

Sic candide & quantum potui exactissime egregias vires florum arnicæ contra febres intermittentes, viscerum obstructiones &c. enarravi: cautelas subinde necessarias indicavi, casusque notavi, ubi non sufficiunt, ita explicui, ut sperem neminem in errorem induci posse: patuitque, licet absque ullo alio medicamento soli febres intermittentes curent, multos tamen occurrere casus, ubi medico curam dirigente opus est.

An in causam prædisponentem febrium intermittentium agunt, characteremque nervis vel horum origini impressum, paroxysmos renovantem, delent arnicæ flores? Id omnino verum esse videtur: sæpe enim febrim tollunt nulla manifesta evacuatione facta & manentibus adhuc viscerum obstructionibus: sive autem hunc characterem de-

lendo

lendo, vel latentes in corpore cauſas occaſionales, illum in actum ducentes, immutando, vel tollendo febres ſopiant, illorum his in morbis tanta eſt efficacia, ut valde paucis ægris poſt illorum uſum dari debuerit Peruvianus cortex : ad quem exhibendum ſigna fibræ nimis debilis & laxæ poſt febris paroxysmos aucta, vel jam diu continuante febre non emendata me ſemper inducunt. Corticis quidem vices a menſe Auguſto elapſi anni fere ſemper in meis ægris ſupplevit Martis Limatura a gr. 11. ad gr. viij. per diem exhibita, ſive per ſe, ſive Electario florum arnicæ juncta.

Hucusque tamen non ſuadeo, ut vel arnicæ floribus, vel Marte aut ambobus conjunctis tentetur febris ſublatio, cujus paroxysmi talia ſymptomata concomitantia habent, quæ mortis metum incutiunt, vel alia gravia mala, ni febris cito ſuffocetur, productura prævidentur : tunc enim corti-

cem

cem peruvianum omnibus aliis remediis adhuc præfero.

APPENDIX.

Exhibens quatuor Paralysi & unius amaurosi utriusque oculi laborantium fæminarum, florum arnicæ Extracto curatarum, historias.

CASUS PRIMUS.

Virgo 17. annos nata menstruis sat regularibus a 15to ætatis anno gaudens, quibus jam a semi anno fluor albus blandus fere toto intercalari tempore succedebat, 13. Septembris locum sesqui miliare ab urbe Viennensi remotum tempestate pluviosa, vento vehementi tota die flante, petierat: Domum Viennam redux ait se in itinere magnum frigus passam esse, capitis dolore, qui jam

into-

intolerabilis aderat, correptam fuiſſe: venæ ſectione ex pede inſtituta lectum petiit: ſumptis quibusdam remediis domeſticis ſola in lecto ſuo relicta eſt. 14. mane invenerunt illam aphonam, toto corpore paralyticam: variis incaſſum adhibitis 16ta mane ad noſtrum Noſocomium delata eſt.

Oculi valde protuberant, lachrymantur: facies valde tumet, quaſi ædematoſa, lingua tumida eſt, immobilis: deglutitio valde difficilis: ægra valde alta voce interrogata, vel vellicata nullum ſignum vel auditus vel doloris dat: omnes artus ſunt paralytici: corpus modo ad hanc, modo ad illam lecti partem ſua gravitate derivatur: Reſpiratio eſt valde difficilis, parva, inæqualis, irregularis: Pulſus mollis, febrilis, valde irregularis.

Applicantur femoribus veſicantia & unum ſub Nucha: ingeritur paulatim ægræ hauſtus purgans & datur illi Enema: unde

cito

cito incipit purgari, & uſque ad ſequens mane 12ies dejicit.

17ma Nihil in melius mutatum invenitur : applicantur ſuris bina alia veſicantia & ægræ datur Extracti florum arnic. unc. ß. diei ſpatio forma mixturæ abſumenda.

18va omnia veſicantia bene operata ſunt : alvus laxa quotidie 6ies 7iesve inſcia ægra cum urina in lectum ſecedit : ſubinde cutis leniter madet.

22da omnia ſymptomata æque gravia, ac ante, omnem ſalutis ſpem tollunt : dantur ægræ Extracti flor. arnic. dr. VI. per diem : ſub quo continuat, ut ante purgari & ſubinde leniter ſudare.

24ta facies & oculi minus tument : videtur minus difficile deglutire ægra, & mentis magis compos eſſe : Reſpiratio minus mala eſt : pulſus plenior, magis dilatatus, minus inæqualis.

25ta

25ta artus incipit movere, poſt meridiem non advertente cuſtode ex lecto ſurgit : excipulo lecto adſtanti inſidet , brevi lapſura, ſi non illico ſuſtentata fuiſſet ; nec poteſt ſe juvare ad intrandum lectum. Veſpere lingua minus tumet, ægra rogata illam adhuc rigentem, in medio valde ſiccam, lateribus humidam dentibus admovet : deglutitio eſt multo facilior : & cum difficultate artus omnes movet.

26ta incipit quædam cum difficultate loqui : cibos valde appetit : omnia facile deglutit : alvus minus frequens : lingua ſenſim magis depuratur, veſicantia incipiunt cicatrice obduci : ſed pudenda, non obſtante diligenti adhibita cura , fluore albo continuante, ulcerata ſunt : quæ continuato flor. arnicæ uſu , & debitis externe applicatis remediis ſat cito curata.

Ab hac die ægræ res continuo in melius mutatæ ſunt.

28va Medicamentum recuſanti datur Infuſ. No. 1. magis edulcoratum, diei ſpatio abſumendum.

Loquelæ ſenſim ſub uſu Medicamenti liberior evaſit, circa medium Decembris perfecte libera erat.

2oma Decembris ab omni Medicamento abſtinuit cibis congruis jam dudum veſcens, adhuc tamen debilis.

Initio Januarii ceſſante fluore albo eruperunt per totum corpus puſtulæ latæ, parum elevatæ, coloris cærulei. 5ta Januarii deletus eſt appetitus: ægra pondus circa præcordia, debilitatem & capitis continuum dolorem conqueſta eſt, alvus erat libera, lingua ſat pura: data ſunt ipſi Medicamenta ſolventia, leniter diaphoretica, quibus cum non levaretur, ſexta Januarii datum eſt illi decoctum purgans, per Epicraſin ſumendum, unde bidui ſpatio frequenter absque levamine purgata eſt, capitis dolor

con-

continuus videbatur circa Veſperas augeri: Laxi corporis habitus ægra poſt dictam eruptionem, debilitata erat: quare ipſi octava Januarii quater de die cortic. peruv. dr. 1. ipſi dedi. Sicque uſque ad 17mam continuavi, qua ægra denuo optimo appetitu gaudens, nullibi dolens, puſtulis numero minutis, functionibus omnibus bene procedentibus, ab illo abſtinuit: puſtulæ ſenſim diſparuere, vires cito increverunt, & ægra puſtularum veſtigia liveſcentia in facie adhuc gerens, robuſta, ſaniſſima, ultima Januarii, Noſocomio valedixit.

CASUS SECUNDUS.

Mulier 51. annos nata a 15. annis maritata, ſterilis, fere ſemper ſana vixit: anno 1773. menſtrua evacuatione privata perrexit bene habere uſque ad medium circiter Auguſtum anni 1774. quo tempore poſt

validam iram brachium dextrum immobil factum eſt : Balneo frigido octies uſa etian cruris dextri uſu privata eſt, & lecto affix manere debuit : adhibitis per 5. ſeptimana in & externe variis remediis totum latus ſi niſtrum paralyticum evaſit. 14ta Decem bris, elapſis jam 4. ab initio morbi menſibus ad noſtrum noſocomium a quatuor ſeptima nis lato decubitu jam nunc gangrænoſo ſu pra os ſacrum affecta delata eſt.

Brachium ſiniſtrum & utrumque cru non modo immobile, ſed etiam ſenſu pri vatum inveni : totam longitudinem ſpina dorſi, quam efficiunt vertebræ lumbares ad infimam oſſis ſacri partem ſtupor late oc cupabat : in brachio dextro ſenſus ſupere rat : tenſionem in illo & formicationen ferę continuam conquerebatur ægra : alvu non excernebatur, niſi purgante vel ene mate ſollicitata, & ægra nullum excretio nis ſenſum percipiebat : Appetitus nullus

ſitis

itis pauca: reſpiratio difficilis: pulſus par-
vus, flaccidus, apyretos: ſomnus vix ul-
us. Enema ipſi injectum eſt, & lene pur-
ans exhibitum, quibus alvus copioſa ſepties
ubducta eſt: dein incepit quotidie Extract.
lor. arnic. aqua diluti & debita ſyrupi quan-
itate edulcorati unc. ß. abſumere.

17ma ſubitæ Lancinationes per bra-
hia & crura, cum horum, quaſi vi ele-
trica tacta fuiſſent, ſubito motu & dolore
egram invadere cœperunt: brachium dex-
rum ſurſum movere poteſt, non amplius
ormicationis, ſed ſenſu ſpasmi affectum.

22da dantur ipſi per diem Extract.
lor. arnic. dr. vi. quas optime fert.

24ta utrumque pedem & crus leniter
novet, ab invicem cum difficultate didu-
it: fere ceſſarunt, qui valde frequentes
uerunt, artuum concuſſus: Stupor conti-
uat in oſſe ſacro & vertebris lumborum:

in aliis vero partibus in eximiam ſenſibi
tatem mutatus eſt.

26ta alvus hucusque omni altero c
Enemate ſollicitata, dato purgante copic
movetur : ægra nunc perfecte excretio
alvi conſcia eſt : pergit Extracti ſui dr.
quotidie ſumere uſque ad 15tam Januar
qua ob fere continuos in artubus, & o
ſacro ac lumborum vertebris dolores, ure
tes, ſæpe lancinantes illi medicamenta c
mulcentia, paregorica ſubſtituuntur : æg
enim propter hos dolores jam a triduo v
ſomnum capit : artus tamen omnes ſat
bere movet, bene appetit & ab ulti
purgante alvum naturalem habet : ac ul
ſupra os ſacrum cicatrice obductum eſt:

21ma Januarii doloribus lenitis ead
ac prius Extracti doſis ipſi porrigitur : h
ſumit uſque ad 24tam, qua incipit e le
ſurgere, & paulatim per cubiculum adj
a cuſtode ambulare : dein uſque ad 11m

Fe

Februarii tantum extract. unc. ß. per diem absumit.

12ma datur ipsi purgans.

16ta Februarii sola incedens, artuum omnium usu gaudens ad negotia sua domestica redire voluit.

24ta Aprilis me invisit optime valens, gratiarum actiones repetitura.

CASUS TERTIUS.

Virgo 45. annorum ab octo annis menstruis carens, alias sat sana, robusta, vitæ sedentariæ addicta, iracunda, per tres menses Erysipelate caput & collum occupante, sere omni octiduo recrudescente affecta, quavis vice fumum aromaticum aliquoties applicat.

2da Julii octiduo post ultimam invasionem, cum jam ab octo diebus Erysipelas disparuisset, brachium sinistrum ad motum

ineptum incipit fieri, quinta Julii perfecte paralyticum eſt cum impotentia cruris ſiniſtri, cui nullo modo amplius inſiſtere, leviter tamen in lecto decumbens adhuc movere poteſt.

Variis incaſſum domi ſuæ uſa 12ma Decembris ſexto nempe ab initio mali menſe ad nos defertur.

Præmiſſo purgante datur illi extract flor. arnic. unc. ß. per diem.

24ta dantur ipſi quotidie ejusdem dr. vi. Medicamentum optime fert: ſed nec minima mutatio inde fieri obſervatur.

1ma Jan. incipit quotidie ejusdem Extracti aqua, ut ante, diluti & ſyrupo edulcorati unc. 1. abſumere.

Pulſus ex quo Noſocomium ingreſſa eſt in brachio affecto valde plenus & fortis eſt: in ſiniſtro mollis, collapſus, naturalis: reliquæ omnes functiones optimæ.

4ta

4ta Januar. humeri dolores conqueritur, ſæpe ad carpum uſque cum brachii agitatione propagatos : ſubitæ lancinationes totum femur & crus ad apices digitorum pedis uſque frequenter invadunt; tantam medicamenti doſin absque minimo incommodo fert.

10ma Januar. manus & digiti immobiles manent, ut ante : brachium ſurſum & antrorſum facile movet : retrorſum nondum ducere poteſt : crus vero libero motu gaudet : & raro amplius dolet.

14ta incipit per cubiculum parum incedere : dolores carpi & digitorum conqueritur & continuam in digitis formicationem: illos ſicut & manum incipit parum movere. Senſim omnia ita in melius mutantur, ut ante finem Januarii brachium & tota manus viribus optimis prædita ſint : dolorem tamen fixum ſubinde exacerbatum in articulatione humeri continuat pati : crus firmum

eſt: & libere incedit: pulſus in utroque brachio æqualis eſt.

Pergit ægra Extract. flor. arnic. unc. 1. quotidie ſumere uſque ad ſeptimam Februarii, qua inveni illam leniter febricitantem, leni vertigine ſubinde affectam: miſſo extracto datum eſt ipſi purgans, quod hæc ſymptomata omnia ſuſtulit: 14ta Februarii purgans repetitum eſt. Et 17ma denuo incepit Extracti unc. ß. quotidie uti: continuavit optime habens uſque ad 12mam Martii eandem doſin ſumere & 15ta ſaniſſima robuſtaque dimiſſa eſt.

CASUS QUARTUS.

Puella 14. annos nata ab incunabulis caput ulceratum habuit uſque ad initium Decembris anni 1773. quo tempore ob pediculos pulvis Staphyſagriæ capiti aliquoties inſperſus eſt: ſub finem Decembris capitis ulce-

ribus

ribus cicatrice obductis per octiduum dextrum capitis hæmisphærium, quasi cauterio actuali absque intermissione applicato ita doluit, ut ægra furiose delirantis ad instar per vices decurreret, mentis tamen utcumque compos: applicato aliquoties fumo succini capitis hæmisphærium, & dextra colli Pars omni sensu privata sunt: hoc facto tumor ovi gallinacei magnitudinem æquans retro aurem dextram ortus est, magnos dolores ægræ continuo causans, qui applicato per 14 dies Emplastro ab anicula accepto suppuratus & sponte ruptus multum puris dedit, & post octiduum nullo sui, præter parvam cicatricem, relicto vestigio manente dextræ capitis & colli partis insensilitate perfecte coaluit.

Paucis diebus elapsis digitus index & medius manus dextræ sensu & motu privati, & brevi post reliqui digiti eodem modo affecti sunt: dein eodem fere tempore om-

nes digiti manus ſiniſtræ ſtupidi, inſenſiles, ſuperſtite tamen aliquo inutili, (nam etiam manu illa ad ſolitos labores uti non amplius poruit) motu evaſerunt: poſtea crus & brachium dextrum ſenſim debilitata ſunt: 30ma Octobris anni 1774. brachium ſenſu & motu perfecte privatum eſt: & crure ejusdem lateris vix amplius potuit uti: hanc anamneſin a delicatula puella, memoria optima & judicio ætatem ſuperante prædita, ad nos 3tia Februarii 1775. delata, 4ta ejusdem accepi.

Omnia inveni, ut deſcripta ſunt: eolore cachectico laxus corporis habitus tinctus erat: pulſus debilis, flaccidus, irregularis: reſpiratio bona: functiones naturales vix læſæ videbantur. Tumor exoſtoſin referens proceſſus dextros primæ vertebræ colli occupabat.

Incepit ſtatim extract. flor. arnic. dr. 11. per diem ſumere.

7ma

7ma Februarii purgans ſumpſit, quod alvum multum movit : dein datæ ſunt ipſi Extract. flor. arnic. dr. III. diei ſpatio abſumendæ.

10ma Februarii ſubitas lancinationes a genu ad extremitates digitorum pedis uſque per intervalla pati, & brachio dextro a cubito ad carpum, quaſi contuſum fuiſſet, dolere cœpit.

11ma in utriusque manus digitis formicationem fere continuam conqueritur.

12ma continuantibus his operantis Medicamenti ſignis ægræ Medicamenti dr. III. optime ferenti illius unc. β. per diem exhiberi juſſi : biduo autem elapſo incepit illud nauſeare, & pondus in Epigaſtrio conqueri : quare ad priorem doſin additis mixturæ aliquot liquor. anodin. mineralis guttulis redire debuimus.

15ta dextrum capitis Hæmiſphærium valde dolet, quaſi aduſtum: ab attactu augetur

getur dolor: ſi caput ſiniſtrorſum vertat, dolorem punctorium in parte ſuperiori dextra capitis patitur, qui ceſſat capitis ſitu mutato: ſenſus in digitos manus ſiniſtræ, ad voluntatis nutum mobiles, redivit; priora in crure & brachio continuant ſymptomata.

16ta Brachium retrorſum trahit & antrorſum trudit: utriusque manus digiti ſæpe ſubito extenduntur quaſi ſpaſmo correptis muſculis extenſoribus, extenſi per tria circiter horæ minuta manent, dein ſponte ceſſat ſpaſmus: quo durante ægra tamen manum, ſed cum difficultate claudere poteſt.

17ma eadem continuant: remiſſior eſt capitis dolor & brachium manu ſiniſtra elevatum diu absque illius auxilio ſurſum ſuſtinet.

18va ſumit purgans ex Manna & ſale Sedlicenſi, dein extracti dr. III. quotidie continuat abſumere.

25ta

25ta ceſſarunt digitorum ſpasmodicæ erectiones: motus in utraque manu ſat liber eſt: vires in dextra minores, quam in ſiniſtra: brachii mobilitas aucta: cruri firmius inſiſtit: verum valde magnus eſt dextri capitis hæmisphærii dolor: illi applicatur rubefaciens acre, quod per 7. dies ſæpius renovatum Epidermidem in Bullas elevavit: & dolorem tolerabiliorem reddidit.

Perrexit ægra dictam Medicamenti doſin absque notabili ulteriori mutatione, vigentibus interea functionibus naturalibus & vitalibus, uſque ad 14tam Martii ſumere: qua denuo illi unc. β. per diem præſcripſi: ſub hac doſi, quam optime tulit, validiores brachii & cruris lancinationes & concuſſus paſſa eſt: motus paulo liberior evaſit: & a capitis dolore ſæpe per medium diem & ultra libera vixit.

30ma Martii mane inveni ægram debilem, vertiginoſam vix amplius artus move

re

re potentem, cum pulſu inæquali, debili: applicata ſunt bina femoribus veſicantia & tertium Nuchæ: injectum eſt Enema emolliens, & datum purgans Mannatum per Epicraſin ſumendum, quod alvum octies movit.

31ma Ægra multum levata eſt: diſparuit vertigo: motus artuum eſt ut ante 4 dies: plagis veſicantium unguentum digeſtivum applicatur: & ægræ denuo Extracti unc. β. per diem porrigitur.

4ta Aprilis optimo cum effectu repetitur purgans.

6ta ejusdem extractum recuſat: illius loco datur illi decoct. No. 6.

18va ex lecto ſurgit, ſat firmo pede ambulat: manum dextram ſupra verticem capitis fert: manus majus robur habent: & jam ſcutellas & alia vaſa purgat. Tendines tamen ſub axilla rigent: tumor primæ vertebræ colli adſidens non minuitur: pergit

eandem

eandem medicamenti doſin ſumere ægra & ſub axilla cataplaſma emolliens interdiu applicatur.

Hisce uſque ad ſecundam Maji diligenter continuatis ægra quidem ſat bene perrexit habere, ſed in manibus & brachiis nulla ulterior mutatio facta eſt: quare miſſis decoct. No. 6. (*a*) & cataplasmate denuo Extract. flor. arnic. dr. 11. ſumere cœpit: ſenſim manus & brachia majus robur acquiſivere, & digitorum motus ita liber evaſit, ut 12ma Maji tibialia texere jam cœperit: ante finem hujus menſis uterque artus naturali robore & motus facilitate gaudebat: uſa eſt eadem Medicamenti doſi uſque ad ſextam Junii &, ut certi eſſemus de curæ conſtantia, in Noſocomio uſque ad 4tam Julii ſer-

(*a*) *Hoc decoctum in morbis putridis præſtantiſſimum eſt remedium, cujus effectus ſæpe mecum viderunt docti Medici, & de quo in ſupplemento ad hanc obſervationum partem ſuo tempore plura dicam.*

ſervata eſt: excepto aliquo vertebræ tumore adhuc ſuperſtite perfecte curata Balnea badenſia petivit.

CASUS QUINTUS.

Puella 17. annorum a pueritia ſemper ſana 15to ætatis anno menſtrua evacuatione gaudere cœpit. Menſtrua copioſa aliquoties regulariter prodierunt: ante ſesqui annum incarcerata per 7. menſes illis caruit: poſtea denuo regulariter fluentia & primis cujusvis menſis diebus erumpentia habuit: donec ante duos menſes iterum emanſerint.

12ma Februarii hujus anni ſubito uterque oculus gutta ſerena occupatus eſt, u vix lucem a tenebris diſtingere poſſet: 6t Aprilis ad noſtrum noſocomium miſſa in captivarum cubiculum ſuſcepta eſt.

Pu-

Pupillæ erant valde dilatatæ, immobi-
es : cæterum præter menſtruorum abſenti-
am, quorum eruptionis tempus jam tertia
vice præterierat, & levem ſyncipitis dolo-
em, nihil conquerebatur : functiones omnes
erant ſat bonæ : habitus vero corporis ca-
hecticus.

Datum eſt illi purgans antiphlogiſti-
um per Epicraſin ſumendum, quod bidui
patio ultra 20es alvum copioſe movit: dein
ncepit Extracti flor. arnic. dr. III. in mix-
ura diei ſpatio abſumere. 11ma Aprilis
atæ ſunt ipſi ejusdem dr. IV. per diem.

12ma objecta obſcure diſtinguit : do-
ores urentes, lancinantes in fundo orbita-
um & oculorum bulbis patitur : pupillæ
nobiles ſunt; & videntur minus dilatatæ :
3tia erumpunt menſtrua, quæ valde pau-
a per biduum fluunt : pergit ægra eandem
Medicamenti doſin ſumere;

18va ſumpto hauſtu purgante multu
purgatur : & veſpere denuo pauca incip
unt fluere menſtrua, poſt medium diem
nita ; 19na pergit uti extracto.

21ma oculi ſunt naturales : viſus ta
bonus, ut filum in acum ducere poſſi
continuavit adhuc per aliquot dies eande
medicamenti doſin ſumere, dein perfec
gaudens viſu rogavit ut dimitteretur, qu
poſſet res ſuas ratione incarcerationis finir

Effectus hujus medicamenti in quatu
primis ægris ab initio uſque ad finem cur
teſtes diligentes fuere docti Medici Franc
cus Conradus Miller, Sterz, Schnierc
Moritſch, Waldenhofen, primam ægra
inchoata jam a 5 vel 6 diebus cura vide
cœpit doctus Medicus Petrus Andre
Schut, reliquarum vero trium curationi
initio uſque ad finem diligenter adfuit: D
ctus Graumann binarum ultimarum ægrar
curationem integram vidit, duarum prin-

rum

ım autem tantum ex parte : Quintæ ægræ
ſum ſoli viderunt Schnierer & Miller.

Hi caſus confirmant, quod in præce-
ntis capitis corollariis aſſertum eſt, nem-
e valde magnam Extracti florum arnicæ
ɔſin ab ægris bono cum effectu ſumi poſſe.
iicet tamen omnes hæ ægræ tantam doſin
ene tulerint, practicis, præcipue juniori-
us ſuadeo, ut a parva doſi ſemper incipi-
nt : cito enim illi aſſueſcit ventriculus, &
ajorem, maxime ſi deſuper vaſculum in-
ſi vel juſculi tepidi ſumatur, doſin fert.
ccurrunt enim ægri delicatuli & ſcrupulo-
qui, minimo incommodo aſſumptionem
edicamenti ſequente, Medicum male præ-
ipiſſe ſuſpicantur. Ubi tamen in mora pe-
ulum eſt, hæc cautela locum non habet:
i tali enim caſu ægri plerumque a magna
edicamentorum doſi minus afficiuntur.

CAPUT SECUNDUM

FLORES ARNICÆ IN FEBRIBUS PUTRIDIS.

A menſe Julio anni 1767. in ægris maligne decumbentibus cum materiæ morboſæ in aliquo viſcere decubitu egregias hujus medicamenti moventes, corrigentes & cardiacas vires pluries expertus, elapſis annis regnante Epidemia putrida & poſt hanc febri putrida hunc vel illum hominem ſporadice invadente plures centenos ægros, ſæpe miraculi inſtar, hoc ſimplici medicamento morti eripui. quorumdam hiſtorias lectu non ingratas fore ſpero.

CASUS

CASUS PRIMUS.

Fæmina triginta aliquot annos nata, to- oſi corporis habitus, jam a longo tempore aletudinaria & a tribus diebus graviſſime ecumbens, 13tia Decembris anni 1771. ad os defertur. Oculi ſunt luridi, humidi; fa- ies tumida, livens: cutis ſicca: lingua rida, glabra: urina pallide flava, multos inimos flocculos ſuſpenſos gereſis: alvus ixa, ſponte aliquoties de die ſecedens: eſpiratio valde anxia, crebra, celeris, inæ- ualis, irregularis: pulſus parvus, valde ollis, modice febrilis: capitis præcipue rca tempora & in fundo orbitarum dolor: urium tinnitus: ſubinde accedens lene de- rium: laſſitudo totius corporis magna.

Sumpſerat domi purgans ſat efficax, ui continuans lenis diarrhæa tribuitur. Da- ur ipſi Infuſum diaphoreticum ſpiritu vitrioli idulatum: applicatur Veſicans Nuchæ.

15ta erumpit numeroſum petechiarum ſubfuſcarum agmen, unde ægra non leva tur: continuatur prius medicamentum & miſcetur ſpir. vitrioli larga doſis potui de mulcenti.

19na Cum non obſtantibus dictis me dicamentis morbus in dies majores progreſſus faciat, datur præter hæc corticis Peruviani pulveris unc. ß. per diem & bina ſuris applicantur veſicantia.

Sub horum uſu omnia continuo in pejus ruerunt: veſicantia, quæ nunquam bonum pus dederant, 24ta Decembris gangrænoſa tantum paucam ſaniem fundunt: totum corpus maculis lividis, quaſi virgis ſtrenue vapulaſſet, conſperſum eſt: reſpiratio difficilis, ſuſpirioſa, ſubin intermittens; pulſus mollis, flaccidus, tremulus, ſubin intermittens: Epigaſtrium valde tumet, tenſum eſt, ab attactu dolet: decubitus ſupinus: urina & fætidiſſima liquida alvus ja-

ali-

aliquoties ab heſterna die, inſcia ægra, in lectum fluunt: facies, lingua, cutis, oculi & reliqua ſymptomata, ut ante dicta ſunt. Miſſis omnibus aliis medicamentis, ſumit omni bihorio Infuſ. No. 2. unc. III. potui, ut ante, multus ſpiritus vitrioli additur. Veſicantia camphora multa ſuperpoſitis plumaceolis mucilagine camphorata imprægnatis deligantur.

25ta Decembris facies multum detumuit: oculi clariores, vividiores ſunt: delirium minus; reſpiratio minus mala: pulſus minus irregularis: Epigaſtrium mollius, minus elevatum.

26ta ad urinam & alvum excernendam excipulum petit: veſicantium plagæ pus dilutum dant: reliqua ut heri.

27ma leniter per totum corpus ſæpius ſudat: lingua humectatur, depuratur: multæ maculæ lividæ diſparuere: reliquæ colorem dilutiorem habent & minores ſunt.

28va & 29na omnia ſenſim magis emendantur: ægra per intervalla ſat pacate dormit: alvum coctam, pultaceam, minus fætidam bis, terve quotidie deponit: vires creſcunt.

30ma Decembris reſpiratio & pulſus tantùm frequentia parum peccant: Epigaſtrium naturale: facies & oculi boni: tota cutis mollis, ſæpe leniter madens: lingua pura, mens ſerena: loco dolorum capitis, tantum gravitatem illius conquæritur ægra, in utrumque latus facile decumbit: veſicantia optimum pus dant, & ægra diu noctuque ſæpe pacato ſomno reficitur: ab hac die tantum mediam medicamenti doſin quotidie ſumpſit.

4ta Januarii nullum amplius petechiarum veſtigium ſupererat: plagæ veſicantium incipiebant cicatrice obduci. 9na omnia, præter unum in ſura dextra, cicatrice obducta ſunt: ægra appetit, & jam plures

horas

horas extra lectum transigit: 16ta Vesicans suræ dextræ cicatrice obductum est: ægra bene habet & cito convalescit.

CASUS SECUNDUS.

Juvenis 14. annos natus 12ma Novembris anni 1771. febri putrida correptus est: unde sub finem ejusdem mensis credebatur evasisse; verum tantum per paucos dies inducias dedit morbus, & brevi iterum in nervum erupit: 27ma Decembris, nescio, quo recidivæ die, ad nostrum Nosocomium delatus est toto corpore petechiis fuscis, variæ figuræ & magnitudinis plenus, cum pulsu flaccido, crebro, celeri: respiratione difficili: lingua arida, nigra: oculis luridis, humidis: cuti sordida, sicca: delirio continuo, & magna virium prostratione.

Camphora & spiritu vitrioli per 5 dies adhibitis petechiæ numero parum minutæ

viſæ ſunt: reliqua autem ſymptomata eadem manſerunt, immo exacerbata ſunt: reſpiratio magis anxia, lugubribus ſonis comitata, crebritate & celeritate inæqualis evaſit: acceſſerunt tendinum frequentes ſubſultus: decubitus ſupinus: ſopor.

2da Januarii datur illi medicament. No. 1. 3tia reſpiratio incipit melior fieri. 4ta reſpiratio fere naturalis eſt: pulſus plenior, ſolidior, minus irregularis, minus febrilis: tendinum ſubſultus abſunt. Sopor minor: delirium mitius: oculi nitidores: toto corpore ſudat leniter: alvum habet coctam, quam præ debilitate ſuppoſitis linteis in lectum deponit: omnibus artubus profunde dolet.

5ta Januarii pergit leniter ſudare: petechiæ pauciores, eæque diametro minores, flavæ: raro delirat: vires meliores: nocte ſequente pacate dormit.

6ta

6ta Januarii pulsus est liber, dilatatus, solidus, apyretos: respiratio naturalis: caput serenum: vires redeunt: æger pergit per intervalla leniter sudare: cibos copiosiores petit; lingua est pura: alvus naturalis: omnia promptam reconvalescentiam promittunt. Utitur adhuc eodem medicamento usque ad 11mam Januarii, qua, cum de morbo nihil supereſſet, ab illo abstinuit, & cibis aptis nutritus brevi vires recuperavit.

CASUS TERTIUS.

Rusticus 24 annos natus a 15 diebus febri petechiali epidemica laborans 27ma Decembris ad nos defertur, petechiis punctiformibus refertissimus cum pulsu flaccido, vacuo, celeri, crebro: respiratione anxia, sæpe sublimi: magna debilitate; cuti sordida: facie tumida: oculis humidis, luridis:

delirio

delirio & magna debilitate : alvo libera, pultacea, fuſca, fætidiſſima, bis, terve in die jam a ſex diebus ſecedente : urina pallide flava, cruda : lingua arida, cruſta nigra obducta.

Uſus eſt camphora, ſpiritu vitrioli, cortice peruviano cum aliqua Euphoria per ſex dies : oculi enim vividiores, nitidiores evaſerunt ; lingua incepit humeſcere & pulſus ſolidus, fortior, minus creber evaſit.

2da Januarii mane narrat cuſtos ægrum noctu inquietiſſimum fuiſſe cum reſpiratione ſtertore & ſuſpiriis comitata, quam adhuc ſic invenio. Pulſus eſt creberrimus, parvus, irregularis ; decubitus prolapſo, diductis cruribus, elevatis genubus verſus pedes lecti, corpore ſupinus : ſubſiliunt fere continuo tendines ; oculorum protuberantium liveſcens color vaſis rubris interſtinctus : æger omnium inſcius alvum & urinam

ſub

ſub ſe dimittit : cutis eſt ſicca, ſordida: lingua ut ante ; Petechiæ fere omnes diſparuere. Datur ipſi Infuſ. No. 1. in duplo.

3tia Januarii reſpiratio eſt minus mala: tendinum ſubſultus minus frequentes; oculi minus protuberantes.

4ta Januarii Reſpiratio multum emendata : pulſus minus creber, plenior, libere dilatatus, ſolidus : decubitus magis decorus : de ſe ſollicitus eſt æger : nihil amplius in lectum mittit : tota cutis leni ſudore madet: lingua humectatur : abſunt tendinum ſubſultus : oculi ſunt lætioris coloris & molis naturalis, vaſa rubra quæ in adnata conſpicua erant, evanuerunt : ſubinde per mediam horam dormit.

5ta omnia continuant in melius mutari ; ſed æger profundos per omnes artus dolores conqueritur ; fere continuo leniter toto corpore ſudat : alvus eſt cocta.

6ta

6ta Januarii pulſus eſt bonus, apyretos: reſpiratio naturalis: lingua pura: mens ſerena: artuum dolores ceſſarunt: verbo omnia morbi ſymptomata præter debilitatem diſparuerunt, & æger jam copioſiores cibos petit; mediam tantum medicamenti doſin adhuc per 5. dies ſumere pergit, & cibis aptis nutritus ſat cito vires & carnes recuperat.

CASUS QUARTUS

Auriga 21. annos natus 19na Decembris febri putrida Epidemica corripitur: dantur ipſi Emeticum & potus multus acidulatus.

22da Decembris erumpunt Petechiæ fuſcæ, hinc inde per totum corpus ſparſæ: defertur ad noſocomium: pulſus eſt ſat bonus: reſpiratio difficilis: facies & oculi luridi: lingua humida, livida: caput circa frontem & tempora dolet: Epigaſtrium tenſum

ſum eſt, elatum, dolens : Diarrhæa a prima morbi die frequens, debilitans.

Datur ipſi Rheum : deſn lene Infuſum diaphoreticum & potus ſpiritu vitrioli acidulatus.

25ta Decembris totum corpus petechiis fuſcis denſe obſitum eſt : delirat æger. valde anxius & debilis ſupine decumbit : alvum & urinam ſubinde in lectum mittit : applicantur ſucceſſive veſicantia III. utitur æger magna ſpiritus vitrioli doſi, & a 27. Decembris quotidie ſimul corticis peruv. anc. ß. in ſubſtantia adjungitur. His uſque ad 4tam Januarii adhibitis manent fere omnia in eodem ſtatu.

4ta Januarii loco delirii, quod hucuſque adfuerat, ſopore continuo ſepultus eſt æger : crebro & celeriter ſpirat : ſæpe ſtertoroſa eſt reſpiratio : pulſus præceps, parvus, mollis, flaccidus, inæqualis. Æger reſolutis viribus modo ad hanc, modo

ad

ad illam lecti partem collabitur : urina & alvi fœtidiſſima, liquida, fuſca excrementa inſcio ægro in lectum pergunt fluere : magis tumet & tenſum eſt Epigaſtrium : cruſta ſicca, nigra linguam obſidet : cutis, antea ſat mollis, jam a biduo arida eſt, colore flavo fuſceſcente deturpata : petechiæ ejusdem, ac antea, coloris numero minutæ ſunt: facies eſt ſordida, lurida, inflata : oculi luridi, lachrymantes : deglutit tamen, quæ ipſi in os ingeruntur, & veſicantium plagæ adhuc parum puris tenuis dant. Præſcribitur ipſi Infuſ. No. 1. de quo omni bihorio vaſculum unc. III. ipſi ingeritur.

5ta Januarii toto corpore multum ſudat : 6ta Januarii fere continuo æquali ſudore perfuſus eſt : lingua humectatur, depurari incipit : facies minus livida collabitur : Epigaſtrium molle eſt, minus elatum : veſicantia pus copioſius & bonum fundunt : reſpiratio & pulſus multo meliores ſunt :

ſopor

por minor: ad excretiones alvi & urinæ
rca veſperas excipulum incipit petere. 7ma
anuarii æger perfecte mentis compos eſt:
ecubitus eſt melior : dum a cuſtode mo-
eri debet , ſponte ſe juvat : facies detu-
uit, non livet amplius, oculi ſunt nitidi.
olor cutis eſt magis dilutus : Epigaſtrium
otum collapſum : lingua pura : continuat
er intervalla leniter ſudare : urina eſt bi-
oſa : alvus bilioſa cocta : reſpiratio fere
aturalis : pulſus dilatatus, mollis, ſolidus,
egularis: ſequentem noctem fere totam in
mno pacato leniter ſudans tranſigit.

8va Januarii functiones vitales natu-
aliter habent: ſe ipſum erigit, & in latera
ertit : urina raturalis : ſemel alvum liga-
m deponit : cutis color naturalis : pete-
iæ omnes diſparuere , appetitus redit.
umit adhuc omni trihorio diei vaſculum
edicam. No. 1. uſque ad 14tam Januarii,
ua veſicantibus jam fere cicatrice obductis,

& viribus de die in diem multum increſcen
tibus illud miſſum fecimus. Cibis aptis uten
æger, cito carnes & vires recuperavit.

CASUS QUINTUS.

Fæmina toroſa, ſanguinei temperamenti
triginta annos nata, alias ſemper ſat ſana
ſecunda Februarii febri petechiali Epidemi
ca corripitur; poſt varia domi adhibita re
media ad nos duodecima Februarii defertur
petechiis morſus pulicum referentibus, fuſ
cis, per totum corpus ad extremitates uſ
que denſe proſtantibus plena, anxia, de
bilis, cum pulſu molli, flaccido, febrili
lingua ſordida, tumida, alba: ſiti medic
cri: cuti molli: urina turbida, pallide fla
va, cruda: alvo a triduo clauſa: capit
totius ac præcipue oculorum dolore, c
continuo aurium tinnitu.

Datur

Datur ipſi lene purgans ex Manna & ale ſedlicenſi, quod ſexies alvum movet, oſt quod ægra ſero lactis vinoſo & ſpiritu itrioli utitur, petechiæ partim diſparent, artim rubrum colorem induunt, & pulſus nanentibus aliis ſymptomatibus multum mendatur.

15ta Februarii circa decimam frigore um valido tremore corripitur, quod per oram durat, ſubſequente magna febris xacerbatione & auctis omnibus ſymptoma- ibus, quæ circa ſextam veſpertinam denuo d priorem ſtatum redeunt, & ægræ noctem at pacatam concedunt. 16ta eadem hora dem redit paroxysmus, & eodem modo ecurrit ac heri, continuante intercalcari empore febri moderata.

17ma eadem exacerbatio: qua ad fi- iem vergente cutis antea fere ſemper ſicca, ſpera leniter madet: petechiæ nullæ am- lius adſunt: multa milliaria alba in pecto-

re & abdomine erumpentia obſervantur: reſpiratio eſt valde anxia, crebra, celeris: pulſus creber, celer, irregularis: facies tumida, rubra: oculi torvi: lene delirium: decubitus ſupinus: Miſſis prioribus medicamentis datur ipſi omni bihorio vaſculum Infuſ. No. 1. nox eſt valde inquieta.

18va mane paulo levius habet, exacerbatio hora ſolita accedens minus valida eſt: cutis ut heri: alvus fere quotidie naturalis: urina ſemper cruda: lingua depuratur; miliaria nulla.

19na ſolito exacerbationis tempore tantum aliquoties leves horripilationes paſſa eſt, quas ſubſecutum eſt lenius caloris augmentum: poſt meridiem profuſus erupit ſudor, ſub quo ægra obdormivit & totam noctem in ſomno transegit, ſudore continuo madens.

20ma Februarii inveni totum corporis truncum miliaribus albis, magnis, confer-

tiſſimis

tiſſimis obſitum: pulſum & reſpirationem naturales: faciem bonam, mentem ſerenam, ægra præter debilitatem & capitis gravitatem nihil conquærente.

22da Februarii repetente ſubinde ab eruptione facta leni ſudore ægra ſenſim quotidie melius habet: miliaria incipiunt desquamari: ægræ tantum media prioris medicamenti doſis uſque ad 26tam Februarii, qua omnia miliaria in ſquammas abierant, propinatur: dein ab omni medicamento abſtinet, & cito convaleſcit.

Alvus fere naturalis toto tempore curæ fuit, & fere tantum omni alterno die poſt operationem purgantis feceſſit: urina nullas notas criticas habuit, & ſputa nulla adfuerunt,

CASUS SEXTUS.

Puella 23 annos nata ad me 16ta Februarii consilium petitura venit: custodem egerat apud duas ægras petechiis laborantes, quarum una mortua erat: jam a quatuordecim diebus ajebat se minus bene habere, lassam esse, appetitu carere & male dormire: ante triduum invaserat illam dolor capitis vehemens, per tempora & frontem lancinans, cum dolorifica bulborum oculorum siccitate & tensione, præcordiorum anxietate, tussicula sicca: pulsus erat valde febrilis & mollis, parvus: cutis sicca, petechiis punctularibus fuscis refertissima: omnium artuum valde dolorifica lassitudo: alvus libera: urina naturalis: lingua sordida flava.

Præmisso emetico quod quinquies sursum & septies deorsum operatum est, datus ipsi decoct. emolliens, leniter diaphoreticum cum spiritu vitrioli.

18va prioribus ſymptomatibus adjunctus eſt ingens quaſi ventorum caput perflantium ſtrepitus: arteria tenſa, valde celeriter tremens, quaſi tantummodo aerem transmittere viſa, ſolum per vices ſenſibiliter dilatatur: reſpiratio anxia: lingua eſt ſordida, alba: alvus mollis, quotidie ſemel bisve ſponte ſecedit: cutis ſicca eſt: applicatur Nuchæ veſicans, & datur ipſi cum decoct. priori Infus. contrajerv. noctem inquietam habet.

19na Pulſus eſt ſolidus, minus tenſus, magis dilatatus; caput levius habet: reliqua ut ante.

20ma Pulſus denùo tenſus, parvus valde febrilis, vacuus: reſpiratio valde anxia: artuum juncturæ dolentiſſimæ, ut vix illas moveri patiatur ægra: reliqua ſymptomata, ut nudius tertius.

Datur ipſi Infuſ. No. 2. omni bihorio valculum unc. III. Omittitur Infuſ. contra

Jerv. & Decoct. cum ſpiritu vitrioli. Noctu tranquillior eſt, per intervalla pacate dormit.

21ma frontis & temporum dolor circa meridiem multum remiſit: dolor & tenſio oculorum minor eſt: vix tamen lucem ferre poſſunt, & ſubinde lachrymantur: ſurdaſtra eſt: alvus ut ante: urina rubra cum enæoremate ſuſpenſo: lingua lateribus depuratur: cutis humeſcit: pulſus ſat dilatatus, mollis, ſolidus, minus citatus, ſat æqualis: reſpiratio minus frequens, minus anxia; ſub tuſſi ſat frequenti, inani, dolorem circa cardiam patitur ægra.

22da petechiæ rubent. ægra ſubinde leniter ſudat: 23tia veſpere erumpunt in pectore & abdomine multa miliaria alba, quæ ſudore circa 9nam copioſo oborto, ad ſequentem diem mane protracto, diſſipata ſunt.

24ta

24ta Februarii circa decimam matutinam invenitur ægra multum levata : pulſus eſt liber, dilatatus, æqualis , cum ſolliditate mollis : reſpiratio fere naturalis : raro nunc tuſſitat : alvus cocta : urina rubra, cruda : cutis ſicca : lingua humida : petechiarum magna pars diſparuit : ſtrepitus caput perturbans vix amplius ſenſibilis eſt : dolorum loco tantum ſtuporem capitis conqueritur : artuum juncturæ minus dolentes.

Manent omnia fere in eodem ſtatu uſque ad 26tam, qua mane denuo leni ſudore ad veſperas uſque protracto perfunditur : omni nocte bene dormit.

27ma Apyretos eſt, & exceptis auditu, qui adhuc paulo gravior eſt, & virium debilitate, omnia morbi ſymptomata diſparuerunt.

28va magnam famem conqueritur : quare miſſis medicamentis cibi copioſiores conceduntur, & cito perfecte convaleſcit.

CASUS SEPTIMUS.

Fæmina 28. annos nata, ab 11. annis militis uxor, 23tia Februarii, 7ma nempe morbi putridi die, ad noſtrum Noſocomium defertur. Veſpere noſocomium accedens illam inveni valde deliram, anxiam, continuo magna cum inquietudine ſitum mutantem, cum validis tendinum ſubſultibus, manuum, labiorum oris & linguæ tremore continuis: reſpiratione crebra, celeri, inæquali, irregulari: pulſu ſimili, parvo, flaccido: oculi erant turbidi: palpebrarum cilia glebis fuſcis obſita: lingua glabra, arida: facies rubra, tumida, cutis ſicca ad extremitates uſque petechiis fuſcis variæ figuræ plena: clamabat continuo ægra ſe abdomen perdidiſſe. Datur Enema emolliens: applicatur Nuchæ veſicans & incipit ſumere omni bihorio vaſculum Infuſ. No. 2.

24ta Symptomata paulo minus acerba videntur. 24ta omnia, ut heri : licet ægra quotidie alvum liquidam, fuſcam dejiciat, enema emolliens repetitur : applicantur femoribus veſicantia, & ægra pergit eodem medicamento uti.

26ta petechiæ pallide rubent : minutus eſt illorum numerus : breves ſomnos ſubinde habet.

27ma denſum miliarium agmen per totum truncum erumpit, quod omnia ſymptomata leniora reddit : ægra ſe abdomen habere nunc agnoſcit ; pulſus eſt ſat plenus & regularis, ſolidus, mollis : reſpiratio multum emendata : ſubſultus & tremores remiſſiores ſunt.

29na Februarii miliaria fere omnia in ſquammas abeunt ; ægra ab eruptione miliari fere continuo leniter ſudat.

1ma Martii ſive 14ta morbi die fit nova eruptio cum ulteriori ſymptomatum leva-

levamine, fere æque copiosa, ac prior, post quam ægra morbum adhuc facilius fert, sæpe pacate dormit: 17ma morbi die nova sub leni sudore eruptio ultimæ adjungitur, ut per totum truncum cohæreant pustulæ: lingua humida & pura: vix amplius febris adest: vires meliores sunt, & terrifica alia, quæ ante aderant, symptomata penitus disparuerunt.

21ma morbi die ultimis miliaribus exsiccatis nova eruptio fit, sed parcior prioribus, qua facta ægra perfecte apyretos est: appetitu gaudet, & copiosiores cibos petit.

11ma Martii desquamata sunt miliaria: hucusque omni bihorio unc. III. medicamenti, posthac mediam tantum dosin ad 16tam Martii sumpsit: dein cibis convenientibus magno cum appetitu vescens pulchre convalescit.

CASUS

CASUS OCTAVUS.

Juvenis robuſtus 22. annos natus 2da Martii, poſtquam variis domi uſus fuerat medicamentis, 9nam morbi diem agens ad nos defertur. Valde delirat, inquietiſſimus eſt, & vix poteſt in lecto contineri: cutis ſicca, petechiis parvis, fuſcis obſita: lingua alba, humida: oculi truces, ſicci: ab initio morbi quotidie ſæpius purgatur: lingua tremit: valde tremunt omnes artus: reſpiratio eſt valde anxia, inæqualis, irregularis: pulſus quaſi vacuus, creber & celer cum tenſione arteriæ: applicatur Nuchæ latum veſicans: Emulſum cum camphor. gr. XV. præſcribitur & potui ſpiritus vitrioli miſcetur. Oblata avide ſumit.

3tia Martii veſicans optime operatum eſt: omnia in eodem ſtatu permanent ac heri. Miſſis camphora & ſpiritu vitrioli

dantur

dantur ipſi Infuſ. No. 2. unc. III. omni bihorio.

4ta Martii tota cutis mollis, humida: tota nocte ſequente ſudat: ſubinde parum dormit: alvum fœtidiſſimam tantum ſemel exonerat: urinam ex quo apud nos eſt, in lectum mittit.

5ta Martii minus delirat: pacatior eſt: facies minus irata: tremor minor: reſpiratio melior: pulſus liber, mollis, ſolidus, ſat dilatatus, minus febrilis.

Omnia poſthac cito in melius mutantur. 7ma Martii delirium ceſſavit: apyretos eſt æger: reſpiratio naturalis: lingua naturalis: artuum tremor nullus, æger fere continuo ſudat: petechiæ flavent: urina naturalis: alvus pultacea fuſca: ſomnus ſat bonus, ſæpe repetens: æger, qui antea vix poterat in lecto coerceri, ſolus ſe erigere non poteſt.

Per-

Pergit eadem medicamenti dosi uti usque ad 10mam Martii, qua illi tantum media dosis per diem porrigitur: nullæ enim adsunt amplius petechiæ: vires augentur: lingua est pura: multum appetit æger, & reliquæ omnes functiones fere naturales.

14ta Martii ab omni medicamento abstinet & bona Diæta utens brevi perfectam sanitatem adipiscitur.

CASUS NONUS.

Fæmina 36 annos nata, a biennio in Nosocomio ægrorum custos, frigore, tremore totius corporis, lumborum, articulorum, frontis & posterioris orbitarum partis ac oculorum dolore urente, tensivo, sæpe lancinante 26ta Februarii post meridiem corripitur: Frigori successit magnus calor, manentibus præter tremorem reliquis symptomatibus. Datur ipsi Decoctum refrigerans, anti-

antiphlogiſticum: jubetur ut in lecto ſe contineat: nox ſequitur inquieta. 26ta Februarii cutis eſt ſicca, uſque ad extremitates petechiis pulicularibus, fuſcis, multis lenticularibus intermixtis obſita: lingua ſordida eſt: os amarum: nauſea continua: anxietas: dolor & tenſio hypochondrii dextri & Epigaſtrii ægræ valde moleſta ſunt: priora ſymptomata multum remiſerunt: pulſus eſt ſat liber, mollis, ſolidus: febris moderata.

Datur ipſi Emeticum, quod quinquies ſurſum operatur & aliquoties per alvum & ſic magna copia bilioſorum multo glutine mixtorum corpus liberatur: ceſſat anxietas, nauſea, oris amaror & ægra poſt medicamenti operationem per aliquot horas leniter ſudat. Datur ipſi per diem ſpiritus vitrioli dr. 1. ſufficienti vehiculo diluta.

Ægra

Ægra facile tolerat morbum usque ad 29nam Februarii, qua dolor capitis, oculorum, lumborum valde increvit: respiratio facta est valde difficilis cum pulsu pleno, valde duro, vix dilatato: vena secta eductus est sanguis, qui fere totus in crustam inflammatoriam abiit, pauciſſima dimissa serositate & adhærente inferius pauculo cruore: post venæ sectionem, quoad omnia, levata est. Datum est illi decoct. emoll. cum nitro & pauca camphora, sicque morbum sat bene fert ægra.

7ma morbi die, sive 3tia Martii male multum minutus est petechiarum numerus, & quæ supersunt, pallent: toto corpore valde icterica est ægra: tensum, tumidum & dolens est hypochondrium dextrum: respiratio est difficilis, anxia, naturali lentior, tardior: pulsus apyretos, debilis, mollis: caput grave, soporosum: alvus ab hesterno mane nulla: urina icte-

rica: Dantur ipſi Infuſ. No. I. unc. III. omni bihorio & enema injectum bis operatur.

4ta Martii reſpiratio eſt facilior, pulſus fortior: minus ſoporoſa eſt ægra. Medicamento additur ſal. Polych. dr. I. & datur quotidie Enema, ut molliatur alvus, quæ variegati coloris eſt.

5ta & 6ta Martii in eodem ſtatu perſtat ægra. 7ma vero hypochondrii tenſio, tumor & dolor multo minores ſunt: minus ſaturata eſt corporis flavedo: alvi & urinæ color melior: pulſus eſt febrilis, dilatatus, liber: ſoporoſa capitis diſpoſitio diſparuit: noctu per intervalla dormit.

8va ter copioſa alvus liquida feceſſit: ſal Polychreſtum omiſſum eſt.

9na diſparuerunt omnia icteri ſymptomata: hypochondrium molle eſt, vix amplius dolet: pulſus, ut ultimo dictum eſt reſpiratio accelerata: veſpere leniter ſudat

ſicque

ſicque per totam noctem, quæ absque ſomno tranſigitur, continuat.

10ma Martii mane quæ ſupererant petechiarum veſtigia diſparuerunt: miliaria per totum truncum eruperunt. Capitis & hypochondrii dolor disparuit: leni autem doloris ſenſu mediæ lumborum vertebræ afficiuntur, cæterum pulſus & reſpiratio fere naturales: vires bonæ, cutis tota die leni madore perfuſa eſt: noctu ſæpe tranquille dormit.

11ma Martii tota die congrue habuit, veſpere vero, ſolito magis ſudans, ex lecto ſurrexit: feneſtras lecto ſuo proxymas optatum refrigerium quærens aperuit: in lectum redux valde perfrigerata eſt, noctem inquietiſſimam habuit.

12ma Martii nec ſupereſt miliarium veſtigium: Epigaſtrii meteori, tenſi dolorem ſub inſpiratione auctum conqueritur: reſpiratio valde anxia, frequens, celeris eſt:

pulsus valde febrilis, irregularis, sat solidus: facies rubra: in capite magnum quasi molendinæ strepitum conqueritur. Continuatur idem medicamentum & potus tepidus per intervalla ipsi porrigitur. Tota nocte sequente leniter sudat: vix dormit; alvum paucam ligatam deponit & urinas indifferentes.

13tia Martii ingens miliarium alborum caterva per totum truncum erumpit. Cum paucam jam a triduo alvum habeat, & abdomen tumidum tensum sit, mane datur ipsi enema emolliens, quod bis copiosam alvum coctam subducit. Vespere ægram invisens, quoad omnia, levatam inveni.

14ta Martii Epigastrium penitus collapsum est, indolens: caput a molesto, quo afficiebatur, strepitu fere liberum: miliaria bene elevata: respiratio libera: pulsus sat fortis, dilatatus, liber, æqualis, posthac continuo melius habet ægra.

17ma

17ma desquamata fere omnia miliaria: utitur medicamento usque ad 21mam Martii, qua cum vires jam sat bonæ essent, & nullum præterea supereſſet morbi symptoma omni medicamento valedixit, & non diu post officio custodis denuo functa est.

CASUS DECIMUS.

Juvenis 22 annos natus 1ma Martii quarta nempe morbi putridi epidemici die petechiis plenus cum respiratione sat bona, pulsu modice febrili, molli, ad nos defertur: præter petechias nulla mala symptomata adsunt, quare tantum serum lactis vinosum exhibetur.

4ta Martii disparuere fere omnes petechiæ: intumescunt Epigastrium & hypochondrium dextrum: vespere ictericus fit æger: vix amplius febricitat: sed pusillanimis, anxius & debilis est. Continuatur

medicamentum & datur ipſi, licet alvus ſemper libera fuerit, enema, quod noctu ter alvum movet.

5ta Martii ut heri, Epigaſtrium & hypochondrium dolet, dantur ipſi Infuſ. No. 1. unc. III. omni bihorio.

7ma minor flavedo: mollitur hypochondrium & Epigaſtrium.

10ma Martii diſparuit icterus; omnia ſunt mollia, indolentia; omnes functiones bonæ. Evaſit æger absque ulla ſenſibili evacuatione: alvus enim & urina naturali modo feceſſere, neque ſudavit æger, neque aliquid expectoravit, & quantum novi recidivus non factus eſt.

CASUS UNDECIMUS.

Puella 21 annos nata ſub finem Januarii febri petechiali epidemica correpta poſt tres ſeptimanas viſa eſt convaleſcere, & ſat bene habuit

habuit uſque ad 1mam Martii, qua denuo acuta febri cum totius capitis, præcipue frontis & oculorum dolore ac tenſione, magna totius corporis laſſitudine, doloribus membrorum omnium valde urentibus, delirio, continua corporis agitatione, cuti ſæpe ſudante, alvo libera, urina varia, correpta eſt.

Septima Martii non obſtantibus ſurſum & deorſum evacuantibus medicamentis prudenter exhibitis & poſtea demulcentibus antiſepticis, eruperunt petechiæ rubræ, morſibus pulicum ſimiles per totum corpus confertiſſimæ. Ab hac eruptione non obſtantibus uſitatis & bene appropriatis medicamentis continuo in pejus ruit ægra.

1oma Martii ægram inviſere incipio: dicta ſymptomata omnia intenſiora evaſere: reſpirario eſt valde crebra, celeris: pulſus flaccidus: hypochondria tument, tenſa ſunt, dolent, & dolor a leni attactu mul-

tum augetur : ſæpe leniter ſudat ægra: lingua eſt ſordida, alba : alvus & urina fere naturaliter ſecedunt. Dantur ipſi Infuſ. No. 2. unc. III. omni altera hora.

11ma Martii reſpiratio eſt melior: pulſus erigitur : 12ma palleſcunt petechiæ: dolores artuum minores ſunt : ſubinde ad interrogata apte reſpondet : magis quieta jacet: ſæpe per horam & ultra dormit.

13tia Petechiæ vix amplius conſpicuæ: cutis ſicca: ſoporoſa eſt : reſpiratio difficilior, ſæpe ſuſpirioſa : pulſus ſat plenus ſolidus, non rite dilatatus : lingua ſordida, minus humida : reliqua ſymptomata ut ante : noctu continuo ſopore ſepulta jacet : ſub matutinum tempus toto corpore æqualiter ſudare cœpit.

14ta circa nonam matutinam illam inveni pulchre per totum corpus ſudantem: totum truncum corporis miliaria alba, magna denſo agmine occupabant : lingua erat

fere

fere tota depurata : urina hypoſtatica : alvus cocta , mollis , fuſca : hypochondria mollia, collapſa, indolentia : nulli amplius in artubus dolores : caput doloris & tenſionis expers, ſed grave: oculi boni, indolentes ; auditus gravis : mens tamen ſui compos : reſpiratio & pulſus fere naturales.

Sub ſudore leni, fere continuo omnia cito in melius mutantur.

17ma omnia miliaria in ſquammas abierunt : urina pergit eſſe hypoſtatica : ægra cibos avide appetit : utitur adhuc per biduum media medicamenti doſi, dein ab illo abſtinet : poſt aliquot dies lene purgans porrigitur : cito vires recuperat.

CASUS DUODECIMUS.

Chyrurgiæ in Noſocomio aſſiſtens 28 circiter annos natus , bilioſi temperamenti, 7ma Martii veſpere ſub deligatione ægrorum

morbis putridis decumbentium ſubito horrore, frigore, tremore corripitur: his poſt quadrantem horæ ſuccedit calor horroribus nauſea, & ſiti comitatus: frontis & temporum tenſivus dolor, pulſatio: oculorum tenſio, ſiccitas: omnium articulorum etiam digitorum urens dolor, ad minimum motum dilacerationis ſenſu ægro moleſtus; magna animi dijectio: reſpiratio valde frequens, celeris; pulſus contractus, valde febrilis.

Datur ipſi Emeticum, quo quater vomitus excitatur & in Diarrhæam incidit æger: poſthac demulcentia, refrigerantia, diluentia, tepida per intervalla ſumit: cutis inde molleſcit, ſed non ſudat: noctem inſomnem tranſigit æger.

8va Pulſus eſt plenus, fortis, tenſus ſubdurus: cutis mollis: ſæpius purgatur æger: horrores & nauſea ceſſarunt, ſed reliqua ſymptomata continuant: vena ſecta edu-

educuntur ſanguinis unc. XII. qui poſt ſex horas in inſulam, in quovis vaſe compactiſ ſimam, cinnabarini coloris abierat & pauciſſimum ſerum dimiſerat: pulſus poſt V. S. multo melior factus eſt, & reliqua ſymptomata paulo remiſſiora viſa ſunt: noctu ſomnolentus æger non poteſt dormire, pergit ſæpius purgari.

9na Martii pulſus & omnia ut heri matutino tempore. Repetitur V. S. & ſanguis omni nota heſterno ſimilis cum levamine educitur. Pergit in uſu dictorum medicamentorum: continuat purgari: cutis eſt ſicca: nocte per intervalla delirat: parum dormit.

Decima mane pulſus collapſus, mollis parvus, valde febrilis: reſpiratio & reliqua ſymptomata ut ante: jam a dato Emetico ultra quadrageſies purgatus eſt, & pergit frequenter dejicere: Nitrum, quod decocto emollienti additum erat, omittitur:

&

& illius loco circà meridiem ad decoct. lib
1. ß. cujus omni bihorio vaſculum ſumit
Boli Armenæ unc. 1. admiſcetur. Nox u
præcedens.

11ma Martii Diarrhæa minus frequens
facies tumet: oculi humidi, triſtes, rubri
ſunt: lingua ſordida, cutis mollis: urina
ab initio morbi cruda, aquoſa: arteria val
de tenſa, contracta: febris magna: pulſu
irregularis: reſpiratio valde crebra.

Circa quartam pomeridianam omni bi
horio vaſculum unc. III. Infuſ. No. 1. cu
flores Altheæ additi erant, incepit ſumere
Noctu inſomnis manet, circa tertiam poſ
mediam noctem incipit toto corpore vald
ſudare.

12ma circa prandium continuabat co
pioſe ſudare; ajebant tamen ſudorem jar
multum minutum eſſe: urina multa, rubr
cum nubecula; alvus nulla: facies & ocu
naturales: lingua fere tota pura; capitis

ocu-

culorum & articularionum dolores penitus ſſipati ſunt : Pulſus liber, dilatatus, ſoli-us, mollis, fere apyretos : reſpiratio na-uralis : jam flor. arnic. in Infuſ. unc. III. bſumpſerat, utpote illis valde confidens, o numeroſos deſperatos ægros, quos illis ræ er ſpem ſalvatos viderat, illarum Infuſ. lusquam ſatis expetebat : multum ſuda-e continuavit usque in craſtinam diem : ioctu bene dormivit.

13tia Martii mane ſudor ceſſavit, ma-ente cute molli, perſpirante : circa unde-imam matutinam tormina abdominis con-ueritur, & ait ſe in ventriculo ſenſum ar-oris, quaſi a comeſto pipere pati. A nu-ius tertius jam flor. arnic. unc. IV. abſump-t : illis ſuperſedetur : datur ipſi decoctum ad. ſalab. Enema oleoſum injicitur, quod is alvum ſubducit. Apyretos eſt ; valde ppetit & videtur quaſi judicatus.

19na

19na Martii vesperę leniter perfrigeratur, incalescit: leniter febricitat: accedit tussicula frequens, sicca: sitis mediocris.

20ma incipit sudare, & sic continuat per tres integras dies cum tussis & febris imminutione: alvus est naturalis: urina cruda: eodem decocto pergit uti: manet cutis perspirans.

26ta Apyretos est: cessavit tussis: frequenter multam urinam cito copiosum sedimentum album, æquale deponens mittit. Hæc urinæ excretio continuat adhuc 27ma, postea est naturalis & æger bene habet. cautus debuit diu esse valde irritabilis systematis nervosi homo: minimum enim excessum sequebatur capitis dolor & totius corporis lassitudo.

CASUS

CASUS DECIMUS TERTIUS.

Operarius 46 annos emenſus 5ta Martii 13tia febris epidemicæ die, ad noſtrum Noſocomium defertur, delirans, alvum & urinam inſcius in lectum dimittens, petechiis fuſcis plenus, ſat facile ſpirans, cum pulſu laccido, vacuo, modice febrili: cuti tota quaſi fuligine conſperſa, ſicca: habitu corporis quaſi oedematoſo. Utitur camphora ſpiritu vitrioli, cortice peruviano usque ad 22dam Martii, qua præter priora ſymptomata coma fere continuum ſomnolentum, & dum parum evigilabat, aufugiendi irritus deficientibus viribus conatus: Vellicatione excitati ad interrogata nulla reſponſio: oculi ſicci, irati: decubitus ſupinus: reſpiratio lenta, tarda: lingua a triduo aridiſſima, nunc nigra, fiſſa: cruſtæ nigræ dentibus adhærentes nos terrebant: Miſſis reliquis

me-

medicamentis datum Infuſ. No. 1. omni bihorio vaſculum, quod ſat difficile deglutit.

13tia Reſpiratio & pulſus emendari videntur.

14ta facile ex ſomno excitatur: ad interrogata reſpondet: excipulum ad alvum & urinam petit: urina eſt pallide flava: alvus fuſca, conſiſtens, bis depoſita: pulſus ſat plenus, ſolidus: reſpiratio naturalis: margines linguæ humidæ incipiunt depurari: cutis manet ſicca.

15ta & 16ta ſenſim omnia in melius vertuntur: petechiæ a ſuo in Noſocomium ingreſſu proſtantes pallent: cutis manet ſicca nec ulla alia evacuatio, quæ critica dici poſſet, obſervatur.

17ma Martii tota cutis in ſquammas abit, mollis eſt, leniſſimo ſudore madet: lingua tota humida, pura eſt: alvus & urina, ſomnus, pulſus, reſpiratio, decubitus, mentis operationes naturales; appetitus mag-

nus

us & præter debilitatem nihil de morbo
ıpereſt: convaleſcit. Utitur poſthac tan-
ım media medicamenti doſi uſque ad 22dam
Iartii & 28va pedes domum rediit curatus.
lero apud quem laboraverat, neceſſaria ad
erfectam convaleſcentiam pollicente.

CASUS DECIMUS QUARTUS.

Fæminam 24 annos natam a 5ta Marti
bri putrida Epidemica laborantem 12ma
Iartii curandam ſuſcepi. Evacuatæ fuerant
rimæ viæ: præterea ſat inepta adhibita
erant remedia. Proſtabant per totum
rpus ab invicem ſat remotæ, parvæ, fuſ-
e maculæ: cutis ſicca: lingua erat arida,
abra: labia pallida: facies tota collapſa,
ridescens: oculi humidi, ſemifracti, vix
tam præ ſe ferentes: reſpiratio lenta, tar-
ı, omni modo inæqualis: pulſus vix
veniendus: alvus liquida, fuſca, tantum

omni die vel biduo excreta, fœtidiſſima urina pallide flava cum enæoremate tenuiſſime divulſo: mentis præ debilitate impotentia. Omni bihorio datum eſt vaſculum Infuſ. No. 1. lente in melius mutata eſt; ſed ab incepto arnicæ uſu nihil in deterius verſum. 17ma Martii pulſus erat ſolidus, ſat fortis, regularis, vix febrilis: reſpiratio fere naturalis: ad interrogata ſubinde ſat apte reſpondebat ægra: petechiæ pallebant labia erant colorata: facies minus collapſa tota cutis mollis, perſpirans: ſenſim omnia meliorantur, alvus & urina fiunt naturales.

20ma Martii adſunt multa miliaria quorum quædam ſat bene elevata, alia humilia ſunt: toto corpore leniter ſudat, & quæ feniculam facie præ ſe ferebat, juvencula facta eſt: petechiæ & omnia ſymptomata diſparuerunt; vires habet, & ſanam ſe dicit ægra.

23tia

23tia Martii miliaria desquamata sunt: egra optime habet, abstinet a medicamento. 25ta valde esurit: conceditur carnium generarum usus; cito vires recuperat.

CASUS DECIMUS QUINTUS.

Vir 30 annoa natus, Bohemus, 12ma Martii Viennam appellens, frigore, calore & aliis communibus in hac Epidemia symptomatibus corripitur.

14ta Martii ad nostrum Nosocomium defertur petechiis fuscis, variæ figuræ & magnitudinis per totum corpus copiose protantibus, toto corpore quasi emphysematico: valde debilis est: supine decumbit: respiratio est sublimis, valde crebra & celeris: pulsus parvus, debilis, flaccidus, valde febrilis: cutis sicca: lingua glabra, plumbea, siccissima: oculi humidi, luridi:

facies obſcure rubra : alvus tenuis , fuſca, fætidiſſima ſponte aliquoties in die ſecedit.

Datur ipſi omni bihorio vaſculum Infuſ. No. 1.

15ta Martii tuſſit multum, gluten viride, tenax, expectorat : reſpiratio paulo melior.

16ta multum ſudat : non amplius purgatur : facies & reliquus corporis habitus collapſus : lingua melioris coloris eſt, humeſcit : oculi fere naturales, reſpiratio multum emendata : pulſus ſolidus, mollis, dilatatus, ſat fortis : tota hac die & ſequenti continuat modo plus, modo minus ſudare.

18va Vires inſurgunt, ſe ſolus erigit alvum coctam deponit : fere omnes petechiæ disparuere : leniter tuſſit, & expectorat : crura dolent : quoad reliqua ſanus videtur æger ; quare tantum omni 4horio prior medicamenti doſis ipſi porrigitur.

21ma

21ma Martii leniter febricitat : cruribus adhuc dolet : plus tuſſit : ſed ſputa copioſa, glutinoſa, viridia ejicit : 22da apyretos eſt : crurum dolor abeſt ; pituitam viridem pergit expectorare : continuo minor fit petechiarum numerus ; ſputa ſimilia continuat ad 28am Martii magno cum levamine ejicere ; alvum quotidie liquidam, ſubinde cum tenesmo deponit : appetitus eſt bonus.

12ma Aprilis ſanus eſt : abſtinet a medicamento & cibis aptis cito reficitur.

CASUS DECIMUS SEXTUS.

Vir biliosi temperamenti annos 33 natus a 2da Martii febri petechiali epidemica laborans, poſt ſumptum Emeticum, quod ſæpius vomitum & alvum moverat, ſpiritu vitrioli & aliis antiſepticis uſus alvum & u-

rinam a biduo inſcius in lectum ſæpe dimittens 14ta Martii a me curandus ſuſcipitur.

Reſpiratio eſt crebra, celeris, irregularis, ſumme anxia: febris multa cum pulſu parvo, molli, valde irregulari: delirat: ſupine decumbit: ſoporoſus eſt: validis tendinum ſubſultibus agitatur: oculi lachrymantes rubent: facies tumida, rubra: Petechiæ rubræ per totum corpus diſperſæ ſunt, cutis ſicca. Datur ipſi omni bihorio vaſculum Infuſ. No. 1.

15ta Martii reſpiratio & pulſus paulo meliores ſunt. 16ta pulſus eſt major, ſolidior, minus febriſis: reſpiratio multum emendata: tendinum ſubſultus rariores, leniores: facies collabitur, oculi minus rubent: non amplius lectum conſpurcat, alvum liquidam, fuſcam cum urina aliquoties in excipulum mittit: ſic continuat habere 17ma.

18va

18va tendinum ſubſultus nulli : deliri-
ım nullum : decubitus magis naturalis ; fa-
ies collapſa, oculi naturales, lingua fere
ota pura : alvus cocta bis ſecedit : tota die
er totum corpus leniter ſudat : proſtanti-
us adhuc petechiis rubris miliaria alba in
ectore & abdomine erumpunt ; tria vitra
rinæ milit æger numeroſiſſimis ſpiculis au-
ei coloris per totam urinam diſperſis, co-
ioſe cum enæoremate in fundo ſubſidenti-
us & in ſuperficie ſpeciem ſplendentis pel-
culæ formantibus refertam : appetitum ha-
et : reſpiratio naturalis eſt : pulſus vix fe-
rilis, dilatatus, liber, regularis.

19na Miliaria pulchre proſtant : dis-
aruerunt petechiæ : leniter tuſſit æger &
octa expectorat : apyretos eſt : ſomnus
onus : urinæ & reliqua ut heri.

22da Martii desquammata ſunt milia-
ia, miſſum fit medicamentum.

23tia Veſpere continuat facili tuſſi ſputa cocta ejicere : ſed membra laſſa conqueritur, & leniter febricitat.

24ta & 25ta Sic continuat. 26ta ſepties ſponte purgatur, 27ma iterum. Sub his evacuationibus lingua & cutis denuo ſiccantur : erumpunt hinc inde novæ petechiæ rubræ : pulſus eſt mollis, debilis : reſpiratio bona ; Datur ipſi omni bihorio vaſculum Infuſ. No. 1. cum bolo armena & ſpiritus vitrioli potui miſcetur.

28va Alvum ligatam bis deponit : ſudat : lingua humida eſt : petechiæ nullæ tuſſis nulla.

Omittitur bolus. Arnica utitur uſque ad tertiam Aprilis, qua bene habens al omni medicamento abſtinet & convaleſcit.

CASUS

CASUS DECIMUS SEPTIMUS.

Juvenis robuſtus proceræ corporis ſtaturæ annos 28 natus, a 26ta Martii febri petechiali epidemica laborans, 2da Aprilis 8va nempe morbi die circa veſperas ad nos petechiis pulicularibus fuſcis toto corpore plenus cum reſpiratione difficili: pulſu debili, flacceſcente: doloribus artuum profundis & hypochondriorum tenſione dolorifica defertur. Lingua eſt alba, muco tenaci obducta: a ſumpto initio morbi emetico quotidie aliquoties purgatur; multum debilitatus eſt.

Datur ipſi Infuſ. contrajerv. & ſpiritus vitrioli potui additur. Morbus continuo ingraveſcit: quotidie bis ter purgatur æger: 4ta Aprilis poſt prandium ſupinus jacet: ſubſiliunt frequenter tendines: ſæpe convelluntur faciei muſculi: tremunt labia & lingua: pulſus valde febrilis, irregula-

ris, fere vacuus, cum aliqua arteriæ tenſione: reſpiratio magna, creberrima, celerrima, æquali filo absque interruptione ſic pergens: facies rubra; cutis mollis: petechiæ pallidæ. Applicantur femoribus bina veſicantia: loco Infuſ. contrajerv. datur illi Emulſum c. camph. gr. XV. ſpatio 24 horarum abſumendum, & continuatur decoct. cum ſpiritu vitriol.

5ta Aprilis mane omnia ut heri. Miſſa fiunt camph. & ſpiritus vitrioli: horum loco omni bihorio vaſculum Infuſ. No. I. ipſi porrigitur. 5ta veſpertina nulla in melius mutatio: Septies ab heſterna veſpera aquoſam fœtidiſſimam alvum dejecit. Sub inſpiratione caput retrorſum trahitur, facies tota intumeſcit: in exſpiratione iterum collabitur. Bina alia veſicantia ſuris applicantur: circa mediam noctem dolore moleſtiſſimo, torminoſo, regionem umbilica-

lem

fem occupante corripitur, qui noctem inquietiſſimam reddit: ter purgatur.

6ta Aprilis mane medicamento addi:ur Bolus armena; interpolatim porrigitur pſi vaſculum decocti Rad. Salab, & enena oleoſum applicatur. Velpere hora quina reſpiratio facilior, minus crebra, minus eleris: pulſus paulo ſolidior, plenior, mius febrilis, ſat dilatatus: multum tuſſit: puta cruda, tenacia, coctis mixta copioſe xpectorat: multæ maculæ in abdomine uaſi ſub cute hærentes viſuntur: in reliuo corpore diſparuerunt: urina quæ hucſque pallide flava, ab enæoremate divulo opacata fuit, nunc flammea eſt, & nubeculam habet fundum petentem: ceſſavit abiorum & linguæ tremor: ſubſultus tendium & convulſivi faciei motus adhuc frequentes: decubitus, ut ante, ſupinus: abdominis dolores non obſtantibus demulcenibus pergunt ægrum per intervalla moleſta-

re:

re : applicantur bina veſicantia brachiis Hora ſexta magnum lambricum vivum evo muit : noctu quater purgatur ; tranquillu jacet, & ſubinde parum dormit.

7ma Aprilis vix amplius dolet abdo men : Epigaſtrium & hypochondria collap ſa, mollia : leniter toto corpore ſudat maculæ omnes diſparuerunt : multa miliari alba in eruptione ſunt : alvus nulla, urin & reliqua, ut heri.

8va Aprilis ſputa multa cocta puri formia : alvus nulla : urina naturalis ; do lor abdominis nullus : miliarium numeru valde auctus ; reliqua ſymptomata ſenſi paulisper remiſſiora fiunt. Solo Infuſ. N 1. utitur : nox ſequitur bona.

9na Aprilis ſputa ut heri ; miliaria b ne elevata in pectore & abdomine fere ub que cohærent : ceſſarunt ſubſultus tendinu & convulſivi faciei motus : reſpiratio pulſus fere naturales : lingua pura ; alvu

cocta

octa, figurata: urina ut ante: fere tota
octe dormit: continuat leniter sudare.

10ma Aprilis miliaria bene prostant:
ussis rara: sputa pauca, facilia: appetitus
aultus: pergit eadem medicamenti dosi uti:
ub cujus usu, decubitu excepto, qui in
atus difficilis est, omnia sensim emendari
ergunt.

13tia Aprilis miliaria omnia desqua-
mantur, & nova hinc inde per anteriorem
runci partem erumpunt, in dorso nulla e-
upere: tussis hodie frequens & valida cum
putis mucosis ægrum denuo molestat: da-
ur ipsi præter solitum medicamentum de-
oct. Saleb. & vespere paregoricum, quod
octem sat quietam reddit.

14ta & 15ta Aprilis magis denuo fe-
ricitat: debilior est: lingua denuo sordes
ontrahit: leniter per intervalla sudat: al-
us & urina naturales: tussis & sputa ut an-
e: noctes inquietæ.

16ta

16ta totum truncum anteriorem corporis miliaria confertiſſima prioribus ſimilia obſident: tuſſis adhuc ſat frequens: ſputa adhuc cruda: lingua pura: reliquæ functiones ſat bonæ.

18va Sputa ſunt rotunda, cocta, ſat copioſa: tuſſis facilior, adhuc crebra: miliaria opacantur: functiones naturales bonæ: febris nulla: miſſa fit arnica: datur decoct. emolliens & ſyr. Diacod. pro linctu.

20ma miliaria desquamantur: ſputa purulenta ſunt: tuſſis adhuc multa: veſpere datur paregoricum, quod 22ma repetitur: unde bene dormit æger.

22da Cum præter tuſſim & ſputa purulenta, nihil de morbo ſuperſit; datur ipſi decoct. Lichen. Islandic. cum lacte: ſub cujus uſu tuſſis & ſputa ſenſim minuta ſunt: pacate dormivit & vires & carnes corpori ita renatæ ſunt, ut 14ta Maji ſanus & fortis ad ſuos redierit.

CASUS

CASUS DECIMUS OCTAVUS.

Puella 20 annorum catameniis, paucis sed regularibus gaudens 21 Aprilis 1772. ad nos delata est.

Ante biennium ex scala 24 graduum cum fœni onere, quod ferebat, in pavimentum lapidibus stratum lapsa, occiput sibi late contudit, & in medio vulneravit, post quod lecto affixa quotidie, aliquoties per unum, duove horæ minuta toto corpore primis tribus septimanis convulsa est: dein sensim rarius, donec post quinque septimanas penitus emanentibus convulsionibus & occipite curato, denuo solitos labores inceperit peragere. Anno 1771. ileo affecta & pertinaciter per novem dies clausa alvo per biduum fœtidum vomitum passa est, evasit multis adhibitis medicamentis. Mense Februario hujus anni declinante torminibus abdominis, ventriculi doloribus,

præ-

præcordiorum anxietate, nauſea, oris, a marore correpta eſt, quæ, dato Emetico, repetitis purgantibus & aliis per tres ſeptimanas adhibitis remediis ceſſerunt.

19na Aprilis cum jam vires utcumque recuperaſſet, dolore capitis circa frontem, vertigine, ſumma totius corporis laſſitudine, nauſea, frequentibus ructibus ſubito invaditur: poſt meridiem ultra minutum durante valida totius corporis convulſione afficitur, quæ vigeſima Aprilis eodem tempore iterum ter illam, manentibus prioribus ſymptomatibus, invadit: noctu bis purgatur: mane in Noſocomium ſuſcipitur. Juſcula & omnia ipſi propinata nauſeat: uſque ad tertiam pomeridianam ſexies purgatur & quinquies vomit: vomitu reddita viridia, tenuia ſunt, & his alvus fere ſimilis; Prætei jam dicta ſymptomata reſpiratio eſt anxia, difficilis: pulſus mollis, valde irregularis, parvus: ventriculo leniter dolet: Epigaſtrium

ium eſt elatum, molle. Datur ipſi pulv. ecacuanh. ſcr. I. cum Tartar. Emetic. gr. unde ter iterum copioſe vomuit, & alioties purgata eſt. Veſpere incipit vaſcum unc. III. Inful. No. 2. cui ſpirit. vitrioli r. II. additi ſunt, ſumere. Nox ſequitur quieta: ſed neque vomit, neque convelur amplius.

22da Aprilis quinquies purgatur: Egaſtrium manet elatum, dolens: cutis to-, ut ab initio, ſicca: ſitis nulla: lingua mida, in medio ſordida, flava, lateribus ra, livida: pulſus inæqualis, valde mol-, debilis: reſpiratio crebra, difficilis, xia: præter dicta medicamenta datur ipſi ater de die Moſchi gr. I.

23tia adhuc aliquoties purgatur ægra: anet inquieta, cæterum nihil novi.

24ta Ægra non amplius purgatur: ultum ſitit: Moſchum revomit: os eſt uarum: lingua pallida, ſicca: Epigaſtri-

um tumet, tenſum eſt, ut ante, & dole
cutis eſt ſicciſſima, hodie per totum corp
cerea, maculis rubris variæ figuræ notat
toto corpore dolet, quaſi ubique profun
verberibus contuſa: caput, reſpiratio, p
ſus ut ante: incipit mane omni bihorio m
dicament. No. 4. dr. 11. ſumere, & reliq
miſſa fiunt.

5ta Aprilis Epigaſtrium detumeſci
molle eſt, vix amplius dolet: bis alvu
pultaceam deponit: pulſus eſt ſolidior, v
febrilis: reſpiratio fere naturalis: cap
multum levatum: vires majores: reliq
ut heri.

26ta Pulſus eſt naturalis: omnia ſe
ſim in melius vertuntur: pergit quotic
bis terve alvum coctam, pultaceam, fi
cam uſque ad 30mam Aprilis deponer
& ſæpe ſat diu pacate dormit.

1ma Maji fere omnes petechiæ diſ
ruerunt, & quæ ſuperſunt, pallide flaver

quoad

uoad reliqua bene habet ægra, & valde ppetit. Miſſum ſit medicamentum.

3tia Maji clam acceptos cibos magna ppia comedit: noctem inquietam habet: ta Maji poſt prandium horripilationes patur: accedit totius capitis, præcipue temprum & oculorum dolor & gravitas: laſſido ſumma: moeſtitia: oris amaror: Hæc ticet ægra uſque ad 5tam Maji, qua illm mane accedens pulſum invenio febrim & linguam ſordidam. Datum emeticum bos aſſumptos indigeſtos quinquies repeto vomitu evacuavit. Ægra poſtea mas cauta, nullo amplius medicamento inguit, & ſat cito perfectam ſanitatem adta eſt.

CASUS DECIMUS NONUS.

Viator 25 annos natus, jam a multis dieis male valens, 29na Maji in opificii ſarto-

rii hoſpitium advenit : ibi ſtatim decubui
pauca medicamenta ſumpſit.

31ma ad nos petechiis fuſcis plenu
delirans, tendinum validis ſubſultibus, i
ſcia fæcum & urinæ excretione, lingua fu
ca, arida, cuti ſicca, ſordida : oculoru
lachrymantium livore ; facie inflata : reſp
ratione & pulſu valde læſis affectus ad n
ſtrum noſocomium defertur. Utitur p
ſex dies camphora, ſpiritu vitrioli, co
trajerv. Infuſo.

Non obſtantibus his ſecundum indic
tiones adhibitis remediis omnia in deteri
ruunt.

6ta Junii reſpiratio eſt irregulari
modo profunda, laborioſa, interrupta: m
do ſublimis, valde crebra & celeris, na
um pinnis anheloſis peracta : pulſus flac
dus, valde febrilis, ſumme perturbat
decubitus ſupinus : linguæ, labiorum & u
verſi corporis tremor, ſioccorum contin

carptus

rrptus : tendinum ſubſultus validiorés,
ntinui : reliqua ſymptomata, ut jam an-
dicta ſunt. Tria veſicantia applicantur:
cipit omni bihorio vaſculum Infuſ. No. 1.
mere & reliqua medicamenta omittuntur.

7ma Junii ſymptomata videntur paulo
inus vehementia.

8va Junii omnia multum emendata:
ctu per intervalla ſat pacate dormit, ad
ceſſaria excipulum petit.

9na Junii paulo ante meridiem ægrum
viſi : ſe ipſum in latus compoſuerat : ſat
te ad interrogata reſpondebat : nullus tre-
or : nullus ſubſultus amplius adeſt: re-
iratio ſat regularis, adhuc difficilis, an-
a, multum tamen emendata : pulſus eſt
lidus, ſat plenus, modice febrilis : lingua
ta humida, ſat pura : cutis leniter ſu-
ns, alvus pultacea. Sic pergunt omnia
ma & 11ma Junii, qua, ſudore leni con-
uante, trunci pars anterior multis milia-

ribus albis, parvis obſita eſt : alvus ut a
te : ſomnus ſat bonus : pulſus dilatatus, l
ber, mollis, ſubundoſus ; reſpiratio fe
naturalis.

13tia miliaria jam incipiunt deſquan
mari ; tuſſit & ſputa ſubflava puris conſi
tentiam habentia facile expectorat ; in rel
quis nihil novi.

18va Junii deſquammatio abſoluta e
vix amplius tuſſit æger, & reconvaleſci
Utitur media medicamenti doſi uſque a
24tam & cito vires recuperat.

CASUS VIGESIMUS.

Operarius 45 annos natus, robuſtæ ſta
turæ vir, 31ma Julii octava febris putrid
epidemicæ die ad nos pulicularibus macùli
purpureis refertiſſimus, delirans, cum re
ſpiratione crebra, pulſu molli, parvo

valde

alde accelerato, uno veſicante ad Nu-
ham & duobus ſuris applicatis defertur.

Lingua eſt ſicca, aſpera, fuſca: cutis
cca: oculus ſiniſter cæruleſcens, humi-
us, triſtis: dexter continuo firmiter clau-
is: facies tumida, fuſca, quaſi fuligine
onſperſa: narrant amici, qui illum comi-
iti ſunt, præter alia medicamenta ipſi e-
ieticum porrectum fuiſſe, quod vomitum
: alvum frequenter moverat, eumque ab
o tempore quotidie bis terve purgari.

Datur ipſi ſerum lactis vinoſum, &
ir. vitrioli dr. 1. in decocto emolliente:
ib quorum uſu fere in eodem ſtatu manet.

4ta Auguſti petechiæ multæ diſparue-
int, reliquæ dilute flavum colorem indue-
int: alvum & urinam in lectum inſcius
imittit: tendinum ſubſultus validi, frequen-
s ſunt: ſæpe convelluntur palpebræ oculi
extri ita, ut bulbus oculi totus in conſpec-
im veniat, ſubito iterum abſconditus: to-

ta nocte nihil dormivit: ſupinus jacet, brachiis ad latera extenſis, genubus ſurſum elevatis, diductis: pulſu parvo ſumme perturbato, celerrimo, creberrimo: reſpiratione valde crebra, celeri, ſublimi: cute molli: facie inflata rubra; lingua & reliquis ut ante: mors expectatur: deglutit tamen adhuc: datur illi omni hora vaſculum unc. III. Infuſ. No. 1. donec lib. 1, ß. absumpſerit, dein tantum omni bihorio eandem doſin ſumit, & bina veſicantia femoribus applicantur. Hæc mane circa nonam inſtituta ſunt: hora octava veſpertina lenite ſudat: reſpiratio videtur paulo minus mala pulſus eſt plenior, magis dilatatus, decubitus minus indecorus, reliqua ut ante.

5ta Auguſti reſpiratio dilatato pectore peragitur, abdominis præternaturali motu ſopito; pulſus eſt plenus, dilatatus, ſolidus, ſat fortis, ſat æqualis: æger jam ſe juvat, dum movere debet illum cuſtos

mente

mente magis conſtat : alvum & urinam adhuc in lectum mittit : leniter per intervalla ſudat : nocte ſequente ultra quatuor horas pacate dormit.

6ta Auguſti æger vix amplius delirat : ad interrogata apte reſpondet : nihil amplius in lectum mittit : alvum habet coctam: totâ die leni ſudore madet : lingua humeſcit : facies minus rubet, collabitur : pulſus & reſpiratio ut heri : tendines adhuc ſubinde ſubſiliunt : noctu pacate dormit & pergit leniter ſudare.

7ma Auguſti miliaria alba pectus & abdomen occupant : urina matutina rubra cito ſedimentum album, craſſum, flocculis lanuginoſis mixtum deponit : alvus eſt naturalis : lingua fere tota pura : reſpiratio naturalis : pulſus vix febrilis, ſat plenus & æqualis : tendinum ſubſultus nulli.

Leni, ſubinde repetente ſudore, omnia ſenſim in melius mutantur : 12ma Au-

gusti omnia miliaria desquamata sunt: oculus dexter apertus manet, ut siniſter, & præter magnam debilitatem de morbo nihil supereſt: loco florum arnicæ dantur ægroter de die cortic. Peruviani ſcr. 11. in vini auſtriac. unc. 11. cibi convenientes ipſi exhibentur: vires recuperat: & 24ta Auguſti ſanus & robuſtus dimittitur.

Finito morbo narravit æger ſe 5to ætatis anno glande quercina in oculo dextro ictum fuiſſe, & tantam ab eo tempore in oculo ſenſibilitatem manſiſſe, ut lucem ferre non potens continuo diei tempore vel noctu accenſa candela clauſus maneret, neque illum aperire valeret: finito morbo hic oculus lucem optime tulit, & ita quidem, ut clauſo oculo ſiniſtro apertus maneat, & illo libere utatur.

Ex magno ægrorum numero, quos floribus arnicæ vel aquæ Infuſis, vel in E-

lectua-

lectuarium redactis a febribus acutis curavi, horum hiſtorias retuliſſe ſufficiat.

Ab anno 1771. uſque ad finem anni 1774. hujus Medicamenti 1654 libras apud ægros variis morbis affectos conſumpſi, & inde nullum unquam infortunium habui.

A menſe Septembri anni elapſi etiam in acutis putridis & petechialibus febribus, eodem optimo cum effectu, florum arnicæ extracto in aqua ſoluto, ſyrupo edulcorato & additis, ſi libuerit ægris, liquore anodino, ſucco citri &c. frequenter uſus ſum. Doſis in adultis plerumque fuit a dr. III. ad dr. IV. ſubinde ad dr. VI. per diem: hoc, ut jam monui, libentius ſumunt ægri, & ſi quid ſub præparatione extracti deperdatur, reſarcitur magna, quam illius ferre poſſunt doſi.

Præter multos alios Medicos, qui aliis occupati, vel non ſatis diu, vel minus exacte Noſocomium frequentarunt. Arnicæ

cæ varia forma & variis in morbis ægris exhibitæ effectus succeſſive viderunt docti & attenti viri la Langue, Schwediauer, Schnierer, Sterz, hujus Univerſitatis Medici: de Conzin. Caſparus Marxer, Nicolaus Moritſch Univerſitatis Oenipontanæ. Dominus Millman Medicus anglus experientia æque ac ſcientia clarus. Doctus Burghardi: docti celeberrimæ Univerſitatis Göttingenſis Medici Wienholt, Günther, Baume, Stuhlmann, Seib, Petrus Andreas Schütt Hamburgenſis, Petrus Benedictus Graumann, Schulz: Franciſcus Conradus Miller Bambergenſis: Kauſch filius Breslavienſis: & Franciſcus Xaverius Waldenhofen Salisburgenſis, viri vix non omnes, ob ſolidam, qua imbuti ſunt ſcientiam & indefeſſum naturæ ſtudium magna exiſtimatione digni.

CO-

COROLLARIA.

Flores arnicæ in morbis putridis inertia vaſcula excitant, motum in illis reſuſcitant: ſtagnantes in textu celluloſo humores attenuant, corrigunt, movent, & excretioni aptos reddunt.

Profundos artuum dolores a lympha tenaci & acri putrido perioſteum occupantibus, nervos prementibus, vellicantibus, ortos leniunt, tollunt, nempe tenax attenuando, acre corrigendo, vaſa perioſtei pervia reddendo, in illis circulationi libertatem reſtituendo.

Ubi hærens in vaſis minimis morboſa materia gravitatem & ſtuporem creat, operationem Medicamenti oriens in partibus affectis dolor indicat, hunc dolorem ſæpe concomitatur cutis mador, vel jam evanidum ſubſequitur ſudor materiam morboſam

pro

pro parte, ſubinde etiam ex integro eliminans.

Staſin humorum in cerebro & aliis viſceribus fere ſemper impediunt, ortam minuunt, tollunt, vires collapſas erigunt, ſuſtinent: Emunctoria libera reddunt & aptant ad excretiones crudorum & coctorum: neque tamen illa ad irritas & nocivas evacuationes vellicant.

Senſorio communi & Nervis opitulantur, illorum actiones a decumbente morboſa materia læſas libertati reſtituunt.

Coma ſomnolentum vel vigil febribus putridis in progreſſu morbi ſuperveniens floribus arnicæ cedit: & contra phrenitidem in dictis morbis ortam efficacius non datur remedium.

Ubi cruda in morbis putridis materia, viſcera occupans, nervos vellicans, teterrima ſymptomata, ſubſultus, tremores, convulſiones, deliria, anxietates cauſat; ſæpe

cito

cito, ſubinde ſenſim viſcera liberant, materiam peccantem movent, aliis humoribus miſcent, coctionem illius promovent, & evacuationi aptam reddunt.

Quando provectis jam morbis, materia morbi vel ex integro, vel magna ex parte cocta, humorum libero circuitui obicem ponente, & functiones perturbante, natura collectis viribus contra morbum dimicat, naturæ vires ſuſtinet & ad movendam materiam viſcera obſidentem, illamque e corpore eliminandam juvant: ſicque impediunt, ne ſub inanibus criticis perturbationibus ſuccumbat.

Materia morbi a ſuperficie corporis ad pulmones vel alia viſcera errore aliquo in regimine commiſſo retrogreſſa nullo remedio melius, quam floribus arnicæ ad ſelectum a natura locum reducitur: dato tamen ſimul in tali caſu indicato potu tepido & corporis periphæria in moderato caloris gradu ſervata.

Vidi

Vidi ſubinde diſparentibus ſubito petechiis lienem vel hepar non raro cum dolore intumeſcere: hosque tumores uſu florum arnicæ absque ulla ſubſequente ſenſibili evacuatione reſolutos; neque tamen inde febrim auctam vel poſt factam Metaſtaſin finitam, denuo reſuſcitatam fuiſſe: an non inde concludi poteſt magnam morbi materiæ partem hoc medicamento ita corrigi, ut nullas amplius in corpore turbas excitare poſſit?

In ſubjectis valde irritabilibus, ſi nervorum nimia ſenſilitas vi morbi non fuerit obtuſa, nimia florum arnicæ doſis in Infuſo vel electuario ardorem ventriculi, tormina abdominis &c. excitat.

Hi tamen jubente neceſſitate integrum Infuſ. N. I. ſpatio 24 horarum abſumere poſſunt: præcipue ſi addita ſunt demulcentia, vel talia quæ nimiam medicamenti in ventriculo fermentationem impediant, v. g. ſuccus citri, guttulæ aliquot ſpir. vitrioli, liquor anodinus mineralis &c.

SEC-

SECTIO SECUNDA

DE

RADICE ARNICÆ

CAPUT PRIMUM.

RADIX ARNICÆ ANTI-DYSENTERICA.

Antequam mihi innotuiſſent radicis arcæ vires antidyſentericæ, Illuſtris Prinii curandi methodum ſecutus ſæpe felix i, & radice Ipecacuanh. non paucos cura: verum repetita medicamenta & enema purgantia, præcipue ubi alvo multus nguis immixtus eſt, a morbo jam exhau. ægri non ſine noxa ferunt; Radix Ipe-

cacuan. præſentibus validis & frequentibu
abdominis torminibus ſæpe expectationer
fallit, in debilitatis ægris frequenti, quer
excitat, vomendi conatu vires magis fra
git, ac moroſos triſtesque ægros reddit
Rheum ingenti, qua pollet adſtringend
vi dyſentericis nocere ac demum tantum bo
no cum effectu in diarrhæa dyſenteriæ ſuc
cedente ægris exhiberi poſſe doctorum vi
rorum meaque experientia me docuit:
cortice radicis ſimaroubæ nunquam ſymp
tomata lenita, multo minus morbum ſub
latum vidi: quare cum penetrante & ref
ciente odore ac moderata adſtringente vi
tute radicis arnicæ inductus illam pluribu
fætidiſſima & valde frequenti diarrhæa affe
tis optato cum effectu exhibuiſſem; ea
quoque contra dyſenteriam utilem fore ſu
picatus æſtate anni 1763. valde calida ja
provecta, hoc morbo epidemice graſſante
cauta manu illam ægris exhibere cœpi.

Primum

Primum horum experimentorum te-
tem habui doctum & expertum virum ce-
eberrimum Dominum Huck Nosocomii san-
ti Pauli Londini Physicum, qui ex Ame-
ica redux per aliquot menses Viennæ com-
noratus me frequenti sua in Nosocomio
præsentia honoravit: ab eo tempore No-
ocomium frequentantes valde numerosi va-
iarum Nationum Medici hujus medicamen-
i in hoc morbo effectus hucusque mecum
bservarunt.

CASUS PRIMUS.

Sartor 19 annos natus prægressis per ali-
uot dies lassitudine spontanea, inappeten-
a, ponderis abdomen gravantis sensu,
ubrepente per intervalla horripilatione,
2ma Julii incipit cum torminibus purgari:
3tia Rheum sumit, valde frequenter de-
cit, tormina multo acerbiora evadunt, &

14ta alvi dejectiones ſanguine mixtæ ſunt
17ma ad nos defertur jam a triduo ultr
quinquageſies nychtemeri ſpatio tenuia bi
lioſa, multo muco ſanguinolento mixta cun
teneſmo dejiciens. Pulſus eſt parvus, flac
cidus, debilis, vix febrilis: cutis & carne
laxæ: lingua humida, pallida: abdome
molis naturalis: ſerum lactis tamarindina
tum, medicamenta involventia, demulcen
tia, paregorica per quinque dies uſurpat
nullum levamen adferunt: immo omni
ſymptomata ingraveſcunt; quare radicem
arnicæ huic ægro exhibui, ac quater d
die illius in pulverem redactæ gr. XV. dedi

23tia Julii dejectiones copioſiores, mi
nus frequentes ſunt & minus torminoſæ.

24ta Adhuc leviora ſunt omnia.

25ta Tormina nulla: tenesmus levi
or: ſanguis nullus in excretis jam ſpiſſiori
bus conſpicitur: æger de die tantum octie
purgatur, nocte ſequente quinquies cum le

va-

vamine dejicit : & per intervalla pacate dormit.

26ta Alvus pultacea eſt & tantum ſexies uſque in craſtinum deponitur.

27ma Alvum mollem tantum bis exonerat : tenesmus nullus : appetitus bonus : corpus eſt leve, & mens hilaris : utitur adhuc per quinque dies eadem medicamenti doſi : alvus quotidie bis, ſubinde ter naturalis ſecedit : æger bona Diæta utens cito vires recuperat.

CASUS SECUNDUS

Virgo 26 annorum 29na Julii, 5ta nempe dyſenteriæ cruentæ die, ad nos cum pulſu molli, dilatato, vix febrili : lingua ſtriatim ſordibus albis obſita, petechiis puliculariibus hinc inde per totum corpus ſparſis, valde debilis, omni hora bis terve alvum fœtidiſſimam, aquoſam, viridem, muco

cruentato variegatam cum magnis torminibus & tenesmo dejiciens, abdomine attactum non ferente, delata est.

Datæ sunt ipsi Mannæ in aqua decocti Hordei solutæ unc. II. quæ alvi excretiones per medium diem multum auxerunt: vespere bis Pulv. rad. arnicæ scr. I. sumpsit, & decocti radicis saleb. uncias tres.

30ma Julii cæpit quater in die scr. I. radic. sumere.

31ma dejectiones minus frequentes sunt, nullo amplius sanguine mixtæ: tormina minora: abdomen ab attactu minus dolet: alvus sensim inspissatur & 3tia Augusti naturalis est: cessarunt omnes abdominis dolores: lingua pura est: petechiæ omnes colorem dilute flavum induerunt: appetitus redit: pulsus est bonus, apyretos.

Utitur adhuc eadem medicamenti dosi usque ad 9nam Augusti: omnes petechiæ

sensim

ènſim diſparent: vires redeunt & 14ta ſa-
ıa ad ſuos revertitur.

CASUS TERTIUS.

Juvenis 18 annos natus, robuſtus 21ma
ulii poſt magnum frigidæ hauſtum laſſitudi-
ıe totius corporis correptus eſt; appetitus
:æpit languere: acceſſit anxietas quaſi a
ondere epigaſtrium, hypochondria & to-
:um abdomen premente.

22da & 23tia alternatim frigus & ca-
or ipſi moleſta ſunt: multum ſitit æger.

24ta his ſymptomatibus lumborum
tenſivus dolor accedit, Borborygmis affici-
tur, & poſt prandium incipit frequenter
purgari.

25ta Julii alvum aquoſam multo ſan-
guine mixtam fere omni ſemi hora cum mag-
nis torminibus & tenesmo dejicit: noctem
inſomnis tranſigit: 26ta ad nos defertur.

Totum abdomen tumet, dolore urente, continuo affectum : tormina ſub quavis alvi dejectione ſunt valde vehementia : alvus aquoſa, pauca, multo ſanguine mixta eſt : ſtranguria laborat æger : urina eſt valde rubra : cutis ſicca : lingua ſicca, in medio albis ſordibus obſita : facies rubra : reſpiratio difficilis, crebra : pulſus valde durus, tenſus, parvus.

Vena educuntur ſanguinis unc. XII. cruor eſt coloris boni, conſiſtentiæ firmiſſimæ, & paucum tantum ſerum dimittit. Sumit æger decoctum emolliens antiphlogiſticum; circa veſperas, pulſu non emendato & manentibus reliquis ſymptomatibus, repetitur venæ ſectio ; educitur ſanguis cruſta denſa, phlogiſtica tectus, a quo paucum iterum ſerum ſeparatur. Toti abdomini lintea quadruplicata fomento emolliente imprægnata applicantur, omni bihorio renovanda : ſumit æger emulſum ex ſemine cucumerum melo-

nelonum &c. syr. Diacodii edulcoratum. Nox inquieta sequitur.

27ma mane Aq. laxat. D. V. unc. III. um sal. Polychr. dr. I. sumit, unde octies lvus copiosa liquida cum aliquo abdominis ollapsu mota est. Circa quartam pomeidianam fere continua est desidendi cupidis, qua pauca mucosa sanguine diluto mixta um iisdem ac ante torminibus excernunr : totum abdomen valde dolorificum & ensum est ; respiratio & pulsus ut heri : me præsente vena sanguinis circiter unc. XV. ducuntur, qui denuo insulam firmam, crua tamen phlogistica minus crassa, ac heri espere tectam, pauco adhuc sero circumatam format. Post hanc venæ sectionem ulsus liber, mollis invenitur ; respiratio st facilior : dolores abdominis remiserunt : anent autem alvus frequens, torminosa tenesmus : solo Emulso diacodiato utir, cujus sæpius vasculum sumit : noctu

minus frequens eſt alvus & ſæpius dormit æger.

28va Julii pulſus manet ut heri veſpere: abdomen fere totum collapſum eſt, at tactum ubique excepta media hypogaſtrii parte ſat bene fert: alvus pergit eſſe frequens, pauca, mucoſa, ſanguinolenta, valde fœtida: tormina paulo mitiora. Sumit denuo hauſtum purgantem, qui alvum copioſam, liquidam ſexies iterum movet unde æger multum levatur. Veſpere fomento ſubſtituitur linteum quadruplicatum ſiccum: datur ipſi ſyr. Diacod. unc. 1. cum laudan. liq. ſyd. g. XII. æger noctu ultra quatuor horas dormit, dein more ſolito ſed minus frequenter, incipit dejicere.

29na Larga ſeri lactis doſis ipſi porrigitur, & omni bihorio decocti rad. ſalep vaſculum ſumit.

Sub horum & ſimilium uſu abdomen penitus collabitur, mollitiem naturalem ac-

cquirit; tormina multo mitiora evadunt; enesmus manet validus, dejectiones aquo-e cruentæ, ſubinde muco mixtæ: vix am-lius febricitat æger.

6ta. Auguſti miſſum fit lactis ſerum: antur ipſi diviſis doſibus Bol. armen. dr. i. cum decoct. rad. ſaleb. ol. lini unc. iv. is in anum injiciuntur. Dantur ipſi veſ-ere laudan. liq. ſyd. g. XII. cum ſyr. Alth. nc. ß. æger noctu bene dormit & raro pur-atur.

7ma Auguſti hora quinta omnia recru-eſcunt: excreta plus ſolito fœtent: medi-amenta & omnia ut heri.

8va Auguſti pulſus eſt parvus, debi-s, inæqualis, irregularis: æger valde de-ilitatur & emaciatur; dejectiones ſunt fæ-oris intolerabilis: datur ipſi quater de die id. arnic. dr. ß. & Emulſum diacodiatum: eliqua omnia omittuntur. Ab octava ma-atina uſque ad quartam matutinam ſequen-

tis

tis diei ultra vigesies purgatur : dejectiones subinde copiosiores sunt solito, modo sine sanguine, modo sanguine mixtæ: dein usque ad septimam pacate dormit.

Evigilans alvum copiosam, minus tenuem, varii coloris, adhuc valde fœtentem prægressis lenibus torminibus cum tenesmo deposuerat : æger se multum levatum esse ait.

10ma Augusti ab heri mane usque ad nonam hodiernam tantum decies alvum, utplurimum absque dolore, deposuit : alvus est flava, pultacea, vix fœtens : tenesmus valde levis est ; pulsus plenior, fortior, inæqualis, apyretos : vires redeunt incipit appetere æger : sæpe pacate dormit.

Sub usu medicamenti alvus sensim magis magisque inspissatur & 13tia Augusti figurata, naturalis est : cessarunt omnia symptomata : appetitus est magnus, pulsus naturalis.

Sumit

Sumit quotidie dr. 1. rad. arnic. uſque d 20mam Auguſti, qua incipit carnibus eſci & 30ma perfecta ſanitate gaudens di-ittitur.

CASUS QUARTUS.

Puella 18 annorum circa medium Julii in-epit frequenter cum torminibus purgari. oſt varia medicamenta adhibita, alvus ſe-unda Auguſti cruenta fit. Variis adhuc er ſeptem dies a medico præſcriptis utitur, emper in deterius ruens.

9na Auguſti ad nos tota exhauſta cum facie fere hypocratica defertur: pulſus vix ercipitur: reſpiratio eſt lenta, tarda: lin-ua humida livet: oculi luridi: cutis fuſ-o-flaveſcens: abdomen compreſſum. Da-ur ipſi quater de die pulv. rad. arnicæ dr. ß. & deſuper Decocti rad. ſaleb, ad cujus ib. 1. liquor. anod. Miner. dr. 1. addita eſt,

vaſcu-

vaſculum: juſcula cum cremore hordei fæ
pius ipſi propinantur.

10ma Auguſti alvus, quæ fere omn
horæ quadrante fœtidiſſima in ſuppoſita lin
teamina cum torminibus & tenesmo dimitte
batur, minus frequens eſt: incipit revivi
cere ægra: omnia pedetentim in meliu
mutantur.

16ta Auguſti alvus pultacea eſt, &
tantum omni tertia vel quarta hora absque
dolore deponitur: pulſus impletur & eſt fa
fortis, apyretos: reſpiratio naturalis; vi
res multum auctæ.

Pergit ægra iisdem, omiſſo liquore a
nodino, quem recuſat, uti: datur ipſi lac
tis vaccini lib. 1. ß. cum Decocto Rad
chin. & ſarſaparill mixtum, addito pauco ſac
charo, quotidie haurienda.

Hisce ad 28vam Auguſti continuatis
ægra perfectam ſanitatem adepta horum lo

o carnibus incepit veſci & 5ta Septembris limiſſa eſt.

CASUS QUINTUS.

Fæmina 34 annos nata jam in quintum iem dyſenteria cruenta laborans 9na Auuſti mane ad nos defertur: ultra centies it nychtemeri ſpatio ſe ad dejiciendum vadis torminibus & continuo fere tenesmo rgeri, excernit paucum ſerum loturæ carnis ſimile, muco ſanguine ſaturate tincto nixtum: abdomen totum eſt molle: pulus mollis, parvus, debilis, vix febrilis: ingua pura, pallida: ſitis multa: appetius nullus.

Datur ipſi quater de die pulv. rad. arnic. dr. ß. & decoctum emolliens: nocte ionæ ad decimam dejectiones paulo minus frequentes ſunt, & ſubinde copioſiores: parum dormit. Ioma Auguſti circa veſperas

ras nullus amplius ſanguis in excretis conſpi
citur : nox eſt paulo pacatior.

11ma Auguſti tormina & tenesmu
valde minuta ſunt : alvus inſpiſſari incipit
ſitis eſt minor : nocte ſequente plures hora
per intervalla pacate dormit : alvus ſenſin
rarior, ſpiſſior fit & 14ta tantum bis pulta
cea, flava, absque ullo dolore ſecedit
ægra bonum appetitum habet : conceduntu
ipſi copioſiores cibi & continuatur rad. ar
nicæ uſus uſque ad 20mam Auguſti : 25ta
ejusdem optime valens ad ſuos redivit.

CASUS SEXTUS.

Virgo robuſta 27 annorum a 2da Augu
ſti ultra quadrageſies alvum torminoſam
liquidam, muco & ſanguine mixtam dejic
ens octava Auguſti ad nos defertur : Ep
gaſtrium & hypochondria cum leni tenſio
ne tument : lingua eſt pura : pulſus ſat bo

nus,

ius, vix febrilis: dantur ipsi statim divisis
losibus mann. cum pauco sale Sedlicensi
n aq. solutæ unc. II. unde multæ copiosæ
ejectiones cum anxietatis imminutione se-
uuntur. Vespere & noctu decocto rad.
aleb. cum syr. diacod. utitur.

9na Augusti eadem repetuntur: 10ma
Epigastrium & hypochondria collapsa erant,
lvus autem videbatur magis cruenta, & a
opiosis frequentibus dejectionibus & te-
esmo multum debilitata erat ægra: quare
psi quater de die pulv. rad. arn. scr. I. da-
us est, & vespere haustus paregoricus lau-
an. liq. syd. gutt. X. continens: noctu
ubinde parum dormivit, & tantum septies
urgata est.

11ma Augusti ut & nocte sequente val-
e frequens, sed minus torminosa fuit al-
us, adhuc tamen sanguine multum tincta.

12ma Tantum hinc inde striæ sangui-
is in alvo conspiciuntur: minus frequen-

tes ſunt dejectiones, tenesmus lenior. 13ti
ſanguis nullus obſervatur: 14ta alvus in
ſpiſſatur & omni ſesqui hora vel bihorio abs
que ullo fere dolore ſecedit: 15ta pulta
cea eſt, & tantum ſexies absque tormini
bus ſecedit: Ægra incipit cibos appetere
alvus quotidie magis naturalis fit: 18v
Auguſti figurata eſt: tenesmus disparuit
poſtea tantum ſemel ſubinde bis in die alvu
deponitur. Utitur eadem medicamenti do
ſi uſque ad 24tam Auguſti & cibis aptis u
tens cito convaleſcit.

CASUS SEPTIMUS.

Fœmina ſeptuaginta novem annos nat
10ma Auguſti jam a 15. diebus dyſenteri
cruenta laborans ad nos defertur: ait ſe u
tra centies nychtemeri ſpatio dolentiſſim
tenesmo & auctis torminibus ad excipulu
cogi atque jam triduo ſtranguria laborar

in

n hunc morbum inciderat poſt comeſta
yra non ſatis matura & pota deſuper fri-
ida.

10ma Auguſti abdomen tenſum eſt,
bique, maxime tamen in medio Hypoga-
rio, dolens: pulſus eſt ſat plenus, vix fe-
rilis, irregularis: lingua humida, in me-
io ſordibus albis parum obſita: ſitis mul-
: de pondere Epigaſtrium gravante con-
ueritur. Dantur ipſi aq. laxat. D. V. unc.
. ß. cum aliquot ſpiritus Nitri dulcis gut-
ilis, unde aliquoties copioſa, liquida al-
us cum anxietatis levamine movetur: veſ-
ere ſumit rad. arnic. ſcr. 1. & datur ipſi
er intervalla decoct. rad. ſaleb vaſculum.
ox ſequitur inquieta.

11ma Auguſti ſumit diviſis doſibus rad.
nic. dr. 1. ß. & omni trihorio vaſculum
ecocti rad. ſaleb; cibo ſunt hordeum, ory-
a & leviora farinacea jûſculo incocta. Olei
hi unc. 11. vel tres ter in anum injiciuntur,

veſpere libere urinam mittit: tenesmus pa
rum lenitus eſt: alvus minus cruenta: ab
domen minus tenſum: noctu aliquoties ſa
pacate dormit.

12ma Auguſti alvus multo minus fre
quens eſt, tormina minus acuta: tenesmu
minus dolorificus. 13tia nullus ampliu
ſanguis in excretionibus obſervatur: excre
ta minus fætent, flava, bilioſa ſunt, muc
mixta: abdomen molle, minus dolens
14ta alvus inſpiſſatur. 15ta pultacea eſt
& ſexies interdiu, nocte ſequente quinquie
ſat copioſa absque ullis fere torminibus de
ponitur: hæc evacuatio uſque ad 20mam
Auguſti eodem modo continuat: poſtha
alvus eſt naturalis, figurata: valde appet
ægra: cibi copioſiores illi conceduntur
dictam arnic. doſin adhuc per ſex dies co
tinuat ſumere & cito perfectam ſanitate
adipiſcitur.

CASUS

CASUS OCTAVUS.

Virgo 31 annos nata laxi corporis habitus jam a 9. diebus quotidie quinquagesies & ultra aquosa; muco & multo sanguine mixta cum dolorifico totius abdominis tumiduli sensu, torminibus validis & molestissimo tenesmo dejiciens, cum pulsu parvo, molli, flaccescente, lento, tardo, inæquali, siti multa, lingua humida, lurida, 11ma Augusti valde debilitata ad nos defertur. Sumit quater de die pulveris radic. arnic. scr. 1. superpoto decocti radic. saleb. vascu-lo, & post prandium Enema oleosum injicitur.

12ma circa meridiem ægram invisens, nveni symptomata omnia leniora: nullus mplius alvo mixtus erat sanguis.

14ta Augusti alvus pultacea erat, tormina nulla; abdomen vix etiam ab attactu mplius dolens: tenesmus lenis: pulsus

plenior, solidior, magis regularis: sitis vix ulla: lingua colorem rubellum induta; appetitus antea deletus jam redivit.

Perrexit alvum pultaceam aliquoties quotidie deponere, donec 19na Augusti penitus naturalis fuit: usa est adhuc eadem medicamenti dosi per quinque dies & cito perfecte convaluit.

CASUS NONUS.

Fœmina 70 annorum 10ma Julii dysenteria cruenta correpta fuit: bis initio morbi instituta jussu medici venæ sectione & variis domi per 40 dies adhibitis remediis levamen aliquoties habuit, sed brevis durationis, recrudescente statim iterum morbo: 20 Augusti sumptibus ulterioribus sustinendis impar ad nostrum Nosocomium delata est, viribus exhaustis, corpore valde extenuato, alvum modo mucosam, cruentam, modo

aquosam

aquoſam, loturæ carnis ſimilem, fœtidiſſimam cum magnis torminibus & tenesmo circiter quadrageſies nychtemeri ſpatio dejiciens: pulſus valde debilis, & parvus: ſitis multa: lingua ſubfuſca, in medio ſicca, paucis ſordibus flavis obſita: ciborum horror.

Datur ipſi omni bihorio pulver. rad. arnicæ dr. β. ut diei ſpatio dr. III. abſumat & decoctum rad. ſaleb. ſpiritu vitrioli leniter acidulatum.

21ma Ægra pulſum meliorem habet: tormina ſunt minora.

22da Nullus amplius ſanguis in excretis alvinis, quæ omnia flavo-viridia, pauco muco mixta ſunt, invenitur: vires ſunt meliores, & ægra oblatos cibos libenter ſumit.

23tia valde lenis eſt tenesmus; tormina vix ulla: excreta alvina minus tenuia: ſitis minor; lingua tota humida, nondum pura: ſomnus bonus: ſumit ægra eandem medicamenti doſin uſque ad 28vam, qua

alvum naturalem habet & omnia ſympto-mata ſenſim minuta penitus evanuerunt. Datur ipſi adhuc per 6. dies pulv. rad. arnic. dr. 1. ægra aptis cibis veſcens cito vires recuperat, & 10ma Septembris perfecta ſanitate gaudens domum ſuam redit.

CASUS DECIMUS.

Ruſticus 40 annos natus, a tribus ſeptimanis dyſenteria cruenta affectus, 23tia Auguſti ad noſtrum noſocomium advehitur: validus eſt tenesmus, acerrima tormina: omni quadrante horæ & ſæpius ſerum viride, muco cruento mixtum, eximie putridi odoris, pauca quantitate alvo excernit: abdomen compreſſum: valde emaciatus eſt, debilis: cutis ſordida, fuſceſcens: pulſus vix perceptibilis: lingua fuſca, arida, glabra: æger ſubdelirans. Dantur ipſi omni bihorio radic. arnic. pulveriſat. ſcr. II. ut dr.

IV.

iv. hodie adhuc abſumat, & decocti ſaleb omni ſesqui hora vaſculum.

24ta Auguſti pulſus magis ſenſibilis eſt: tormina remiſſiora: paulo minus fœtida eſt alvus: quoad reliqua, ut heri. Pergit rad. arnic. unc. β. per diem ſumere.

25ta Nullus amplius excernitur ſanguis: æger autem adhuc ultra trigeſies nychtemeri ſpatio dejicit: lingua lateribus humectatur: ſitis, ut ante, pauca: appetitus nullus: pulſus ſat plenus, ſolidus, mollis: ſubinde ſat pacate dormit: vires meliores ſunt: mens ſerena.

26ta Alvus inſpiſſatur, copioſior eſt, coloris fuſco-flavi & rarius minoribusque cum doloribus deponitur.

Omnia ſenſim ad ſtatum naturalem redeunt. Tertia Septembris alvus figurata bis ſecedit: tantum medicamenti dr. 1. poſthac quotidie uſque ad nonam Septembris ſumit: æger, carnibus & aliis ſolidis cibis magno

cum appetitu vescitur, & cito vires & carnes recuperat.

CASUS UNDECIMUS.

Puella 22 annorum sanguinei temperamenti 23tia Junii anni 1772. ad nos delata est. A 17mo ætatis anno menstruis regularibus per triduum sat copiose fluentibus gaudebat, concomitantibus semper capitis, ventriculi, abdominis dolore & inappetentia, quæ omnia finito menstruo fluxu evanescebant.

16ta Junii febri putrida epidemica correpta fuerat, erumpentibus jam secunda morbi die petechiis rubris.

Tertia morbi die pustulæ aquosæ, magnæ, cohærentes utriusque manus dorsum occuparunt: sexta morbi die post sumptum Emeticum, quod vomitum & alvum multoties moverat, eruperunt menstrua solito copio-

copiosiora, quæ tamen tridui spatio cursum suum absolverunt.

Dum in Nosocomium susceptus est, pulsum habebat valde mollem, parvum, modice febrilem: lingua erat humida, paucis sordibus albis obsita: sitis magna: urina lava, turbida, cruda: alvus naturalis: appetitus nullus: debilitas magna: capitis circa frontem & tempora urens dolor: usa est decocto emolliente cum spiritu vitrioli & sero lactis vinoso.

11ma morbi die pustulæ utriusque manus dorsum occupantes inceperunt exsiccari, petechiæ pallere & hypochondrium sinistrum, Epigastrium ac abdomen tumida, tensa, dolorifica evaserunt: alvus hucusque laxa, aquosa, torminosa facta est, & post paucas dejectiones accessit tenesmus: clinema oleosum vespere datum aliquod levamen attulit: noctu tamen ultra vigesies excipulum petivit, pauca dejiciens.

12ma

12ma morbi die omnia in eodem ſtatu permanent : ægra valde anxia eſt & debilis: ſumit mane lene purgans, quod aliquoties alvum ſat copioſam cum aliquo levamine ſubducit : poſt meridiem utitur decocto radicis ſaleb, cui ſequenti die additur bolus armena & ſpiritus vitrioli : ſub horum uſu & dato ſubinde laudano tormina ſunt leniora: tenesmus lenior, minus frequens: pergit tamen multum purgari, & valde debilitatur.

18va morbi die mane ab heri circa meridiem ultra trigeſies aquoſa, muco cruento mixta cum magnis torminibus & tenesmo pauca copia dejecit : petechiæ fere omnes diſparuerunt : cuticula utriusque manus dorſi in ſquammas abiit : tota cutis ſicca : ſitis ingens : lingua ſicca : abdomen & Epigaſtrium ac hypochondrium ſiniſtrum manet ut ante : pulſus flacceſcit, debilis eſt & parvus, vix febrilis : ægra ſupine decumbit, valde anxia : nec amplius e lecto ad excipulum

pulum ſurgere poteſt : datur ipſi omni bihorio dieſ pulv. rad. arnic. dr. β. & deſuper vaſculum decoct. rad. ſaleb. cum liquor. anodin. mineral. aliquot guttulis : potus ordinarius eſt decoct. hord. rad. Bardan. aceſos &c.

19na morbi die ſive 4ta Julii alvus minus frequens eſt, minus dolorifica, & tantum ſubinde in illa mucus ſanguine tinctus obſervatur, Ægra interdiu ſubinde ſat placate dormit : magnam noctis ſequentis partem in ſomno, qui prius vix ullus erat, tranſigit, & tantum quater cum lenibus torminibus & tenesmo alvum jam ſpiſſiorem, bilioſi coloris deponit, in qua neque mucus, neque ſanguis obſervatur.

5ta Julii Hypochondrium, Epigaſtrium & totum abdomen molle, collapſum, non niſi ab attactu rudiori dolens : caput continuat dolere, ut initio morbi : reſpiratio eſt naturalis : pulſus ſat plenus, ſolidus, inæ-

qualis

qualis, apyretos : lingua humida, pura ; ſitis vix ulla : petechiæ nullæ : tota die ſepties absque ullo fere dolore ſat copioſe purgatur ; tota fere nocte pacate dormit & tantum bis alvum pultaceam, obſcure flavam deponit.

6ta Julii vires redeunt : cutis eſt mollis, perſpirans : appetitus eſt bonus : alvus pultacea quinquies ſecedit.

7ma Julii alvus figurata ter deponitur, ſequenti die tantum ſemel : caput liberum eſt, ſed dolent humerus, cubitus, carpus ſiniſtri ac omnes illius manus digitorum articuli, ut neque manum extendere, neque in illud latus decumbere poſſit : utriusque pedis planta & malleoli absque tumore dolent : miſſa fit arnicæ radix. Ægræ valde appetenti convenientes cibi ſufficienti quantitate conceduntur, & quater de die ſeri lactis vinoſi unc. IV. exhibentur : quo uſque ad 14tam Julii absque levamine uſa,

inci-

ncipit infuso-decoctum ex althæa & flori-
us arnicæ sumere : hoc per octiduum con-
inuato, omnes dolores evanuerunt & ægra
ito vires recuperavit.

CASUS DUODECIMUS.

Vir 27 annos natus in carceribus jam ul-
a annum detentus tertia Julii vespere ad
os delatus est.

Coloris est valde cachectici flavo-viri-
s, cutis laxa, corpus macrum: pedes tu-
idi : gingivæ tumidæ, lividæ, a dentibus
cedentes : pulsus parvus, mollis, inæ-
ualis, irregularis, minime febrilis : som-
us paucus : debilitas magna : sitis pauca,
petitus sat bonus : lingua pura, livescens:
decem septimanis alvum torminosam, sæ-
e multo sanguine mixtam, fœtidissimam,
odo sine, modo cum tenesmo 16ies 17ies
ychtemeri spatio dejicit.

Circa

Circa meridiem datur ipſi rad. arnic dr. β. quæ veſpere repetitur : dein omni di ejusdem dr. II. abſumit, ſuperpoto decoct radicis ſaleb.

6ta Julii nullus amplius in alvo obſer vatur ſanguis : excrementa minus fætent ſpiſſiora fiunt. Æger melius dormit : pul ſus plenior, fortior eſt.

9na Julii alvus pultacea, fuſca eſt : tor mina & tenesmus valde lenia ſunt : appeti tus eſt tantus, ut aliis cibis non content carnes concedi debeant : alvus uſque ad cra ſtinum mane tantum ſexies deponitur.

Perrexit ejusdem notæ alvus quotidi quater quinquiesve diei ſpatio uſque ad 16tam Julii, qua nulla alvi excretio facta eſt, ſeces dere : poſtea quotidie ſemel vel bis pulta cea uſque ad 26tam ſecellit, Dein omnin naturalis & figurata evaſit : ſumpſit eande medicamenti doſin uſque ad 31mam Juli dein ab illo abſtinuit.

Ægro

Ægro optimo cum appetitu veſcenti
ini lib. β. quotidie data eſt: & vires ſen-
m auctæ ſunt.

10ma Auguſti manentibus adhuc ſcor-
uti ſignis data eſt illi ter de die Herbar. re-
entium probe comminutarum bona portio
auco aceto & oleo condita: inde nullum in-
ommodum paſſus eſt, & ſub finem Augu-
i evanidis omnibus ſcorbuti ſignis ſanus &
obuſtus dimiſſus eſt.

CASUS DECIMUS TERTIUS.

)

uella 25. annorum ſanguinei tempera-
enti a 17mo ætatis anno menſtruis paucis,
d regularibus gaudens, ac quoad cætera
mper ſat ſana, ſub finem Junii laſſitudine
ontanea, anxietate præcordiorum, inap-
etentia, ſiti, alvo tarda, ſomno turbulen-
, horripilationibus ſubinde repetentibus
r aliquot dies afficitur. 30ma incipit cum

magnis abdominis torminibus, quibus bre
vi adjungitur tenesmus, frequenter purgari
Rheum toſtum ipſi datur, quod ſequent
die repetitur: omnia autem inde exacer
bantur.

Quarta Julii ad nos defertur: alvus ef
pauca, ferosa, viridis, pauco muco mixta
fœtoris intolerabilis, cum torminibus & te
nesmo frequentiſſima: ſitis magna: pulſu
irregularis, parvus, mollis, modice febri
brilis: Datur ipſi quater de die pulv. rad
arnic. dr. ß.

Senſim minus frequentes, minus tor
minoſæ evadunt dejectiones: 7ma Julii tan
tum ſexies alvum ſat copioſam pultaceam
ſubfuſcam deponit: excrementa fætoren
naturalem habent: pulſus modice irritatu
eſt: veſpere erumpunt menſtrua, quæ mo
re ſolito tridui ſpatio finiuntur.

8va Julii pulſus pacatiſſimus: ſomnus
hucuſque paucus, nunc ſat protractus eſt

appe-

petitus redit : noctu bis alvus pultacea, æ cum levi tenesmo & absque tormine die quater feceſſit.

Alvus quotidie rarior fit, magis inſpiſ- ur, 14ta Julii figurata, naturalis eſt: u- ir eadem medicamenti doſi uſque ad vam : incipit carnibus veſci & cito vires uperat.

CASUS DECIMUS QUARTUS.

uvenis 16. annos natus ex Bohemia Vi- nam petens, aëris injuriis diu absque ne- ſſariis alimentis expoſitus, in itinere dy- teria correptus, in noſtrum Noſocomi- totus exhauſtus 13tia Julii veſpere ſuſ- otus eſt.

A quatuordecim diebus cum tormini- & tenesmo purgabatur, 9na dies erat, quo dejectiones cruentatæ erant, & im- nis fœtoris. Data eſt ipſi adhuc veſpe-

re rad. arnic. dr. 1. in duas doſes diviſa: deſuper decoctum rad. ſaleb, interpoſitis ju culis calidis: ſequenti die rad. arnic. dr. 1 ſumpſit. Diu noctuque circiter trigeſ aquoſa, loturæ carnis ſimilia, muco cru to mixta dejecit. Nocte ſequente pau rarior fuit alvus: 15ta tantum decies, r noribus cum doloribus, nullo amplius ſa guine admixto feceſſit: noctu pacate d mit & non purgatur.

16ta bis alvum pultaceam depon 17ma alvus eſt figurata, compacta, cujus excretione magnos inteſtini recti do res patitur: appetitus eſt magnus: qu miſſo medicamento debita ciborum co ipſi conceditur & cito perfectam ſanitat adipiſcitur.

CASUS

CASUS DECIMUS QUINTUS.

uella 24 annos nata octava Julii febri
ıtrida epidemica corripitur: Vena seca-
r: sequenti die sumit purgans, quod
tma Julii repetitur: inde ægra in frequen-
m & continuam Diarrhæam labitur, cum
ıa 15ta Julii octava nempe morbi die ves-
re ad nos defertur, petechiis fuscis hinc
de per totum corpus sparsis: lingua est
pura, humida: sitis magna: pulsus de-
lis, parvus, modice febrilis; alvus est
rminosa, fœtidissima: ab hodierno mane
se ter quaterve omni hora valido tenes-
o ad dejiciendum cogi.

Injicitur oleosum Enema, & datur ipsi
coct. rad. saleb cum bolo armena & spiri-
vitrioli, quibus non levatur ægra: quare
ma Julii prioribus addita est tinctura cin-
momi: vespere laudani liquidi sydenh.
tt. XV. ipsi porriguntur, post quod per

trihorium circiter inquiete dormit : dein n
re ſolito purgatur, ſicque continuat 20
& 21ma.

21ma Julii veſpere miſſis factis bolo
tinctura cinnamomi, incipit ſolo deco
cum ſpiritu vitrioli uti, & datur ipſi in
nas doſes diviſa pulver. rad. arnicæ dr.
Nox inquieta eſt. 22da rad. arnic. dr. 1
ſumit. Tota die ut ante, ſed noctu ten
mus minus validus eſt, tormina minora,
ſubinde ſat pacate dormit.

23tia Tantum duodecies, ſed cop
ſiora, minus fœtida dejecit, & veſpere
vus minus tenuis eſt : noctu bis alvum p
taceam, copioſam deponit & bene dorm

24ta Octies alvus copioſa, pultac
virideſcens fere absque dolore ſecedit :
téchiæ magna ex parte disparuerunt : p
ſus eſt plenior, ſat fortis, ſolidior, apy
tos : ſitis vix ulla : appetitus redit.

S nſim

Senſim rarior fit alvus & 28va Julii aturalis eſt. Decoctum cum ſpiritu vitrioli on amplius ſumit : continuat adhuc per es dies eandem rad. arnic. doſin ſumere: rima Auguſti incipit carnibus veſci, & bre- i perfectæ ſanitati reſtituitur.

CASUS DECIMUS SEXTUS.

Juvenis 25 annorum per ſex ſeptimanas oloribus Rheumaticis vagis laboravit, a uibus liberatus ob anxietatem præcordio- um, repletionis ventriculi ſenſum, deletum ppetitum & pedum œdematoſum jam a ibus ſeptimanis ortum tumorem purgans oma Auguſti ſumpſit : inde multum pur- atus eſt, & ſequenti die purgationi conti- uanti adjuncta ſunt tormina & tenesmus. er 14 dies varia incaſſum adhibuit : con- nuavit quotidie ultra trigeſies dejicere:

24ta Auguſti veſpere ad nos delato datur decoct. rad. ſaleb.

25ta Auguſti illum primo vidi : pulſus erat mollis, leniter febrilis : ſitis multa : lingua ſicca : tormina & tenesmus valida : alvus copioſa, mucoſa, ſæpe multo ſanguine tincta, fœtidiſſima : cutis ſicca, ſordida : corpus valde emaciatum, debile. Datur ipſi quater diei tempore pulver. rad. arnic. dr. ß. aliquot olei lini unciæ mane & veſpere in anum injiciuntur.

25ta & 26ta purgatur ut ante, ſed minoribus cum doloribus : 27ma nullus amplius excrementis mixtus eſt ſanguis : minus frequenter purgatur : lingua humectatur : cutis perſpirat : ſitis minor : pulſus a pyretos, plenior, fortior. Nocte ſequente ultra quatuor horas dormit.

28va Tantum duodecies purgatur alvus inſpiſſatur. 29na pultacea eſt, tormina & tenesmus ceſſarunt. 1ma Septembris

ris alvus omnino naturalis. Æger 15ta anus & robuſtus diſceſſit.

CASUS DECIMUS SEPTIMUS.

Operarius 19 annos natus, a menſe Aprili febri intermittente, modo tertiana, modo quotidiana laborans, 11ma Auguſti multos fructus horreos jam ſemiputridos comedit: ſequenti die incepit vehementer urgari. 13tia jam tenesmus torminaque acuta aderant, & dejectiones alvinæ ſanguine tinctæ.

19na Auguſti febris, quæ jam a tribus ſeptimanis quotidiana erat, emanſit: æger domi jacuit neglectus uſque ad 23tiam Auguſti, qua ad noſtrum Noſocomium delatus eſt valde emaciatus, debilis. Ait ſe ultra trigeſies nychtemeri ſpatio cum magnis torminibus dejicere: alvus ſanguine valde tincta eſt: lingua humida, in medio

sordibus flavis obsita: appetitus nullus; sitis multa: pulsus debilis, apyretos. Dantur ipsi quater in die pulv. rad. arnic. gr. XX. & desuper vasculum decocti rad. saleb sumit: Enema oleosum injicitur.

25ta Augusti minus frequentes sunt dejectiones & minus cruentæ. 28va nullus amplius sanguis in alvo observatur. 30ma Augusti inspissatur alvus: noctu bis pultacea deponitur. 3tia Septembris naturalis est, & omnes functiones meliores sunt: tormina subinde oriuntur, quæ excusso flatu statim cessant. Utitur rad. arnicæ usque ad 7mam Septembris, & cibis aptis vescens sensim carnes & vires corpori restituuntur.

CASUS DECIMUS OCTAVUS.

Faber Ferrarius 34 annos natus sub finem Augusti anni 1773. febri tertiana corripitur

ripitur, cujus tres validos paroxysmos per-
peſſus eſt: dein ſponte naturæ a febre per
4 dies liber in dyſenteriam incidit, qua jam
a tribus ſeptimanis laborans 24ta Septem-
bris ad nos veſpere defertur.

Tormina valida erant & urgentiſſimus
tenesmus illum ſæpe ter & quater intra qua-
drantem horæ ad egerendum cogebat: alvo
ſubinde merus ſanguis, utplurimum muco
mixtus, excernebatur: pulſus erat irregu-
laris, mollis, parvus, vix febrilis: Reli-
quæ omnes functiones læſæ. Datur ipſi
decoct. rad. ſaleb cum laudan. liquid. ſyd.
& Enema oleoſum, quibus dolores & tor-
mina parum leniuntur.

25ta præter decoctum rad. ſaleb ſu-
mit quater de die pulv. rad. arnic. dr. ß. ſub
horum uſu omnia ſenſim pacatiora evadunt:
excretiones copioſiores fiunt.

29na Septembris nullus amplius fœci-
bus immixtus eſt ſanguis, & circiter trige-

ſies

ſies tantum nychtemeri ſpatio dejicit : numerus dejectionum quotidie cum doloribus minuitur.

6ta Octobris tenesmus lenis, tormina vix ulla, & alvus pultacea octies intra 24 horas excernitur. Æger appetit : non ſitit ; vires redeunt, & ſomnus eſt bonus.

Pergit æger quotidie aliquoties talem alvum deponere uſque ad 12mam Octobris, dein alvus eſt naturalis : abſtinet a medicamento : incipit carnes comedere, & initio Novembris ſanus & robuſtus ad ſuos labores redit.

CASUS DECIMUS NONUS.

Nutrix 31 annos nata poſt comeſtos cibos farinaceos pinguedine porcina conditos per bihorium frigore, anxietate, laſſitudine, nauſea afficitur : frigori ſuccedit calor, manentibus aliis ſymptomatibus & accedente

te tussi. Sequenti die, quæ 14ta Octobris erat, incipit cum torminibus frequenter purgari & 15ta dejectiones jam sanguine tinctæ sunt: mammæ dolent, & lac sugenti recusant. Varia incassum sumit & externe absque levamine usque ad 28vam Octobris, qua vespere ad nos defertur, applicat. Tormina sunt valde acuta: tenesmus validus omni quadrante horæ illam ad alvum exonerandam adstringit: frequentius paucum tantum mucum cruentatum excernit: subin tamen alvus aquosa copiosior est: pulsus est mollis, debilis, valde febrilis: lingua sordibus albis hinc inde obsita, fusca: sitis nulla: mammæ collapsæ sunt, indolentes. Datur ipsi omni bihorio vasculum decocti radicis saleb: sequenti mane incipit quater de die pulveris rad. arnic. dr. ß. & desuper decoct. saleb sumere: bina Enemata oleosa injiciuntur: excretiones sunt copiosiores solito: nox inquieta est.

30ma Octobris mucus excretus sanguine minus tinctus est : tenesmus adhuc validus : tormina sæpe excitant flatus cum magno ani dolore explosi : cæterum minus acuta sunt. Denuo oleum lini bis in anum injicitur, & priora continuantur.

31ma Octobris noctu per intervalla subinde pacate dormivit : tantum decies purgata est, & vix amplius indicium sanguinis in excretis adest : interdiu alvus inspissari incipit, & nocte sequente ter excreta pultacea est.

1ma Novembris alvus est naturalis flatus torminosi cum dolore ani frequenter excernuntur : pulsus est bonus : lingua humida, pura : sitis nulla : appetitus redit: sumit tantum bis de die radic. arnic. dr. ß.

2da Novembris lingua est sordida: os valde amarum : ægra anxietatem circa præcordia conquæritur : morosa est. Datur ipsi Emetic. ex Tartari Emetic. gr. I.

&

pulv. Ipecacuanh. dr. β. conſtans, unæ bis aquoſa, bile parum tincta, vomitu eddit, & quater copioſe purgatur, ſicque ova illa ſymptomata disparent. Tenesmus per intervalla ægræ moleſtus adhuc per ex dies fuit: injectis in anum demulcenbus ceſſit, & ægra brevi vires recupevit.

CASUS VIGESIMUS.

Vir 60 annos natus, ſat toroſi & robui corporis habitus, ſub finem Junii 1774. acipit minus appetere, gravis & ad ſolita munia minus aptus fieri: ultima ejusdem menſis ob præcordiorum anxietatem & horpilationes ſæpe recurrentes ſumpſit hauſtum urgantem, qui ſegnem antea alvum frequenter movit. Sequenti die frequenti alvi excretioni tenesmus & tormina acceſſerunt.

7ma

7ma Julii ad nos delatus est, alvum mucosam valde cruentatam immani fœtore totum cubiculum implentem jam a 5 diebus ultra sexagesies cum magnis torminibus & acuto tenesmo intra 24 horas dejiciens cum pulsu debili, parvo, vix febrili: lingua arida: siti magna: appetitu utcumque adhuc vigente. Enema oleosum ano injectum est, quod tempore curæ aliquoties repetitur: data est illi quater in die pulv. rad. arnic. dr. β. & quavis vice vasculum decocti rad. saleb cum spir. vitrioli gtt. XV potavit.

8va Julii tenesmus est minus validus, tormina minora: noctu parum dormit. 9na Julii excreta sunt minus sanguine tincta, alvus fere æque frequens est, æque fœtida ac ante.

14ta Julii præter dictam spir. vitrioli dosin dantur ipsi per diem pulv. rad. arnic. dr. III.

16ta

16ta Alvus inſpiſſatur, tantum vigeſies rciter nychtemeri ſpatio excernitur : fœ- r multum minutus eſt : tormina levia : nesmus vix ullus : ſitis pauca : lingua hu- ida, pura : appetitus bonus.

Alvus ſenſim magis inſpiſſatur & 18. ntum ter pultacea intra 24 horas absque rminibus cum leni tenesmo deponitur: poſt- ic alvus & omnes functiones naturales nt : valde appetens æger & cibis congruis ens cito vires & carnes recuperat.

CASUS VIGESIMUS PRIMUS.

utor robuſtus toroſus 19num ætatis an- um emenſus 20ma Julii dyſenteria corri- tur, cum qua 23tia ejusdem ad nos de- rtur. Fere omni medio quadrante horæ alido tenesmo ad egerendum cogitur: tor- ina ſunt magna : alvus pauca, mucoſa : ulto ſanguine mixta : petechiis fuſcis to-

tum corpus obſitum eſt: pulſus eſt tenſu
parvus, modice febrilis: lingua humid
pura, livens: ſitis mediocris: appetitu
nullus. Sumit adhuc ea die pulv. rad. a
nic. dr. II. & ſequenti die ejusdem dr. I
per diem incipit ſumere: cibo ſunt hord
um, oryza &c. tenui juſculo incocta: p
tui aqua pura.

25ta Dejectiones mucoſæ, minus fr
quentes, in quibus nullus amplius conſp
citur ſanguis: dolores minores, pulſus
ber, vix febrilis.

28va Dejectiones intra nychtemerũ
tantum novem habet, minus mucoſas, m
gis ſpiſſas: tormina lenia: tenesmus raru

31ma Noctu bis alvum pultaceam al
que doloribus depoſuit, interdiu ter: p
techiarum magna pars disparuit: reliqu
pallent: ſitis nulla: appetitus bonus: nc
tu ſomno, qui antea paucus erat, ſat pr
tracto gaudet: incipit æger pulv. rad. a
nic.

ic. tantum dr. II. per diem ſumere, ſicque ontinuat ad ſextam Auguſti uſque, qua op- me habens carnibus veſcitur & cito conva- eſcit.

CASUS VIGESIMUS SECUNDUS

Faber lignarius 26 annos natus, undeci- ia Auguſti poſt comeſtam carnem ſuillam icipit purgari: brevi acceſſerunt tormina : tenesmus illum ultra 40ies intra nychte- nerum ad dejiciendum cogens: omni auxi- lo, utpote Iſtro flumine a Ratisbona Vi- nnam petens uſque ad vigeſimam Auguſti, ua ad nos delatus eſt, caruit.

Fere omni quadrante horæ dejiciebat: lvus valde fœtida, pauca, mucoſa, mo- lo ex viridi fuſca, modo valde cruentata rat: lingua ſicca; ſitis multa: abdomen nolle paulo infra umbilicum ita dolebat, t nec levem attactum ferret; magnos of-

ſis ſacri & lumborum dolores conquerebatur, & continuum valde dolorificum tenesmum : Pulſus ſat bonus, leniter febrilis.

Dantur ipſi ſtatim pulv. rad. arnic. dr. IV. per diem. Diæta blanda præſcribitur : aqua pura potui ſervit.

22da Auguſti dejectiones minus frequentes ſunt : tenesmus lenior tantum per vices accedit : Hypogaſtrium tactum bene fert, multo minus dolet.

23tia Noctu tantum decies dejecit & tota die tantum octies : nullus amplius ſanguis excretis mixtus eſt : ceſſavit lumborum dolor : lingua humectatur : ſitis minuitur : pulſus eſt parvus, inæqualis, apyretos.

24ta Decies noctu & interdiu ſexies alvus conſiſtentiæ pultaceæ tenuis, variis coloribus inſtar marmoris variegata, ſat latis fruſtis gelatinam tremulam viridem referentibus intermixta, copioſior absque te-

tesmo

nesmo & multo minus fœtens deponitur: urina copiosa excernitur, multum Enæorema versus fundum & densam pelliculam oleosam in superficie gerens : lingua purissima est, coloris naturalis : æger incipit appetere, & os sacrum a dolore liberum esse gaudet. Dantur ipsi rad. arnic. solum dr. II, per diem.

25ta Alvus sensim magis inspissatur, rarior fit : tenesmus disparuit : subinde tussitat, & sub tussi pectore dolet : totum abdomen leniter dolorificum est : Datur ipsi Enema oleosum, & omni trihorio vasculum decocti Rad. saleb sumit, quibus dolores abdominis cito cedunt : post meridiem octies & nocte sequente sexies absque tenesmo lenibus cum torminibus purgatur ; parum dormit.

27ma Novies purgatur : alvus est biliosa, flava, instar pultis tenuis consistens, muco adhuc mixta ; circa decimam matu-

tinam incepit dolere ſuperius Epigaſtrium; dolor vero poſt trihorium ſponte ceſſavit.

28va Nocte elapſa ſubin pacate dormivit: alvum pultaceam, craſſam, bilioſam, nullo muco intermixtam absque dolore depoſuit: quæ hodie tantum ſemel ſecedit; 29na talis alvus ſexies excernitur.

3oma Auguſti ſiugurata, mollis eſt alvus: pectus eſt liberum & omnes functiones bonæ; abſtinet a medicamentis & brevi vires reſtaurantur.

Plures centenos caſus, qui radicis arnicæ contra dyſenteriam vires confirmarent, ſcribere potuiſſem; & expertiſſimus Dietl indefeſſus Noſocomii militaris invalidorum Phyſicus anno elapſo, graſſante inter ſuos ægros dyſenteria, hac radice eodem, ac ego, cum ſucceſſu uſus eſt, caſusque plures exacte notavit, qui mererentur hic inſeri: ſed hoc volumen forte jam nimis amplum lectori videbitur, & ex relatis caſibus

de

de hujus medicamenti viribus facile judicare poteſt.

Hoc medicamentum non modo in Diarrhæa & Dyſenteria, ſed & in Lienteria proficuam inveni: ipſam Diarrhæam colliquativam in 17. ægris conſummata phtyſi pulmonali affectis hoc medicamento ſedavi, ſicque 15. ægrorum vitam prolongavi, & duos curavi: unus præter arnicam & demulcentia nullis aliis remediis indiguit, licet paucis diebus antequam ad noſocomium deferretur, Medicus quidam, quem conſilii cauſa acceſſerat, mortem brevi adfuturam prædicens, nec medelam immiſericors præſcripſerit. Altera fæmina erat jam a biennio phtyſica, quam ante uſum arnicæ docti & indefeſſi obſervatores Domini de Conzin & Marxer illuſtris inclytæ facultatis Medicæ Oeniponti Directoris & Profeſſoris publici Domini de Menghin diſcipuli cum multis aliis viderunt, mutationumque ſub uſu

Medicamenti factarum teſtes fuerunt: hæc quatuor ſeptimanarum ſpatio radicem arnicæ ſumpſit: ſub cujus uſu Diarrhæa & ſudores calliquativi cito ceſſarunt: ſputa antea valde tenuia, flava, ſubinde fuſcis mixta, fœtorem intolerabilem ſpargentia ſenſim in blanda, ſpiſſa, inodora mutata ſunt: dein radicis polygalæ amaræ & Lichenis Islandici uſu per 4 menſes continuato perfectæ ſanitati reſtituta eſt.

COROLLARIA.

Nullum hucusque notum eſt medicamentum, quod quocumque anni tempore tam cito & tam ſecure dyſenteriam putridam curet, quam arnicæ radix.

Vires anodinas in dyſenteria frequenter exerit: hocque, ut videtur, illius cauſam ſenſim corrigendo.

Raro

Raro ſub illius uſu requiruntur evacuantia : alvum enim non ſtringit ſubito, imo in initio copioſiorem plerumque, ſed rariorem reddit : & demum morbi materie vel correcta vel evacuata excretionem alvi ad ſtatum naturalem reducit.

Ventriculo valde amica eſt, & plerumque cito appetitum deletum reſtituit : grato nempe aromate languentes nervos excitat, & fibras leni ſua ſtyptica vi blande roborat.

Subinde involventia & paregorica ralici arnicæ utiliter junguntur & quandoque ungi debent, ut humectentur primæ viæ, nimia acrimonia obtundatur, & mulceantur nervi ; imo in ægris valde irritabilibus poſt magnas turbas a doloribus excitatas ubinde bono cum effectu Laudanum dedi : autus tamen ſum, ne nimis frequenter fiat : ic enim, vi ſopita alvo, materies ad inteſtina delata in ſanguinem refluit, & alia nala, ſi priusquam morbi materies, vel

maxima ex parte evacuata, vel correcta fit exhibeatur, producit.

Venæ sectio, ubi adsunt inflammationis signa, & pulsus non est flaccidus, debilis, vacuus, & medicamenta antiphlogistica, alvum ducentia, demulcentia &c uſui radicis arnicæ præmitti debent.

Si saburræ in ventriculo hærentis manifesta signa sint; prodest Emeticum: licet raro necessarium sit, dum arnicæ radix ægris porrigitur.

Tenesmus sedatis torminibus & superato jam morbo, sub aliis methodis residuus, plerumque uno duobus vel tribus diebus elapsis cessat: sanguinis cum fæcibus duris dejectionem post dysenteriam frequentem morbo per arnicam curato vix unquam vidi: hæmorrhoides coecas, dysenteriam sequentes post arnicæ usum nonnisi semel: procidentiam vero ani nunquam me vidisse recordor.

Diarr-

Diarrhæa debilitans ſublatam dyſente-
iam ſequens poſt uſum arnicæ nunquam a
ne viſa eſt.

Sub mea cura, ex quo radice arnicæ u-
or, nullus dyſentericus hydropicus factus
eſt: niſi jam nimis provecto morbo curæ
neæ commiſſi ſint. Digeſtionem enim ci-
orum arnicæ radix promovet, ſicque len-
am in humoribus cacochymiam naſci pro-
ibet, jam natam corrigit.

Rheumaticos dolores poſt dyſenteri-
m curatam ortos tantum in tribus ægris
idi, qui in omnibus absque dyſenteriæ
editu feliciter curati ſunt.

Ægri arnicæ radice curati cito ſat ſo-
da diæta absque recidiva utuntur.

Vires mirum quam cito ſæpe etiam in
alde exhauſtis ægris a radice arnicæ re-
aurentur!

Effectus

Effectus hujus Medicamenti contra alvi fluxus varios præcipue illius magna virtuti antiſepticæ & leni raboranti vi deber vix dubitari poteſt.

Ut ægri illud libentius ſumant, ſæpe quarta vel tertia Sacchari pars illi adder ſoleo.

CAPUT

CAPUT SECUNDUM.

RADIX ARNICÆ IN FEBRIBUS PUTRIDIS.

Radicem arnicæ, ubi nulla, vel valde arva adeſt febris, præter vires antidyſentericas, etiam antiſepticas in corpore humano exerere ſecureque & efficaciter tali modo affectis exhiberi præcedenti capite patuit: hujus capituli finis eſt videre, an æri putridis febribus decumbentes illa quoque utiliter & ſecure uti poſſint?

CASUS PRIMUS.

Vir 30 annos natus, toroſi corporis habitus, 25ta Octobris anni 1773. 7ma nempe

pe morbi putridi die, ad noſtrum noſocomium defertur paucis medicamentis uſus.

Petechiæ hinc inde per corporis truncum rubræ proſtant: lingua arida, nigra; cutis ſicca; oculi humidi: abdomen meteoron, tenſum: alvum & urinam continuo delirio affectus æger in lectum inſcius dimittit; valde debilis eſt; pulſus flaccidus, valde febrilis: reſpiratio crebra anxia.

Applicatis Nuchæ & utrique ſuræ vesicantibus ſeri lactis vinoſi & ſpiritus vitrioli &c. uſu pulſus ſolidior, fortior & plenior evaſit: reſpiratio viſa eſt quoque emendari.

29na Octobris incepit ſæpius purgari liquida, fuſca, fætidiſſima dejicere: noctem ſequentem inquietiſſimus transegit.

30ma Octobris circa meridiem pulſus erat parvus, irregularis, valde febrilis; reſpiratio parva, citata, inæqualis, ſubmis; æger ſoporoſus eſt, ſupine decumbit

it : artus omnes continuo agitat, denu-
at : Diarrhæa valde frequens : lingua ut
nte : abdomen valde tumidum, tympani-
cum : cutis perſpirans, mollis: petechiæ
iſparuere : facies rubra valde tumet: ocu-
livent.

Miſſis omnibus aliis medicamentis dan-
ur ipſi adhuc ea die pulv. rad. arnic. dr.
II. ſequenti die ejusdem dr. IV. ſexpartita
mit.

31ma Veſpere inveni pulſum magis di-
tatum, minus febrilem : reſpirationem
najorem, faciliorem, magis æqualem : fa-
iem minus tumidam : abdomen minus ten-
um : cutim humidam, & a media nocte
lapſa tantum ſexies purgatus fuerat.

2da Novembris facies tota detumuit:
culi ſunt vividiores : abdomen molle, col-
apſum : veſicantia, antea pus tenue ſuſceſ-
ens dantia, optimo pure tecta ſunt : æger
æpe leni ſudore madet : alvus inſpiſſatur,

minus

minus fætet, fuſca eſt, & a 24 horis tan-
tum quinquies in lectum ſeceſſit : pulſus
mollis, ſolidus, dilatatus, regularis, minus
febrilis : reſpiratio naturalis : quietus ſupi
ne adhuc decumbit : veſpere ad alvum de
ponendam petit excipulum : nocte ſequen
te ſomno pacato per plures horas refectu
eſt & fere tota nocte leniter ſudavit.

3tia Novembris mentis perfecte com
pos eſt : ſolus ſe in latera vertit, & in ill
decumbit : dormiens facile excitatur : a
interrogata apte reſpondet : tantum 24 ho
rarum ſpatio bis alvum depoſuit : urinam
miſit bilioſam cum nubecula fundum petei
te : lingua humeſcit.

4ta Novembris alvus eſt pultacea
fuſca : pergunt omnia in melius mutari.

6ta Novembris lingua in medio hum
da, ſordida, alba, lateribus & inferio
parte depuratis : apyretos eſt æger : vir
creſcunt : alvus naturalis. 8va præter d
fectum

ctum virium nullum morbi signum super-
t : æger appetit : alvus est naturalis, &
nnes functiones bonæ : sumit quotidie
dic. arnicæ dr. II. usque ad 14tam Novem-
is, dein ab omni medicamento abstinens
o convalescit.

CASUS SECUNDUS

uella 20 annos nata, robusta, torosa,
ntum ter menstruis a 18vo ætatis anno
visa, post tripudia diu protracta & sæpe
petita, rerumque non naturalium inordi-
tum usum per aliquot menses continua-
n 7ma Novembris mane magno frigore
tremore correpta post horam valde in-
luit : accessit temporum & anterioris ca-
is dolor tensivus, pungens, sæpe lanci-
ns, quasi ab uno tempore ad aliud cultro
rforaretur : magna lassitudo, & sensus per
ncum & præcipue per artus ad ossa usque

quaſi omnia verberibus contuſa fuiſſen
Venam ſibi ſecari curavit & purgans ſum
ſit, a quo dejectiones continuabant freque
tes eſſe, dum 12ma Novembris ſive ſex
morbi die veſpere ad nos delata eſt. Pu
ſus erat mollis, contractus, inæquali
valde febrilis: reſpiratio crebra, anxi
ſymptomata ante dicta continuabant: cut
mollis erat: Epigaſtrium & hypochond
um ſiniſtrum inflatum, molle, ab attac
leniter dolens: os valde amarum: ling
ſordibus flavis denſe obſita: horror cib
rum, nauſea; totum corpus petechiis pu
pureis variæ magnitudinis & figuræ den
obſitum: cutis mollis; oculi humidi, l
ridi.

Datum ipſi lene Emeticum, copioſi
bilioſorum glutine mixtorum vomitum m
vet, & ſexies alvum: ceſſante vomitu p
tus ſpiritu vitrioli acidulatus ægræ por
gitur.

13tia

13tia Novembris mane pulſus eſt di-
atus, mollis, ſat fortis, magis regula-
: reſpiratio liberior: Epigaſtrium collap-
n: in hypochondrio ſiniſtro detegitur
rpus renitens duorum palmorum circite
gnitudine transverſim ſitum, a paulo
liori attactu & ſub inſpiratione dolens:
s amaror & nauſea ceſſarunt: lingua eſt
co-rubra, glabra, ſicciſſima: ſitis mul-
: reliqua ut heri: applicatur ſuperiori
rſo latum veſicans: dantur ægræ medi-
nenta emollientia, leniter aperientia dia-
oretica & antiſeptica, quibus alvum a-
oſam quotidie ter quaterve dejiciens abs-
e ullo fere ſymptomatum levamine ſenſi-
i uſque ad 17mam Novembris utitur.

17ma Novembris cutis & lingua valde
iæ ſunt: facies tumet, rubet: oculi tu-
rli, luridi, humidi protuberant: ægra
irat: ſupine decumbit: difficilius ſpirat:
ſus collabitur: debilior eſt, flacceſcit.

Applicantur femoribus bina veſicantia, miſſis aliis medicamentis, ægræ pulv. ra arnic. ſcr. II. ſexies in die dantur.

18va Tota die cutis mollis, perſpira eſt: bis purgatur: ſoporoſa eſt.

19na Cutis denuo tota ſicca: ſed f cies collapſa eſt, & oculi volumine natu les, minus humidi: pulſus ſolidus, mag dilatatus, fortior. 20ma cutis tota die mo lis, perſpirans noctu leniter ſudat.

21ma Cutis manet mollis, humid lingua humida, paucis ſordibus albis in m dio obſita: denſum miliarium flaccidoru coloris perlarum agmen totum corporis tru cum occupat: petechiæ pauciores: hyp chondrium ſiniſtrum liberum eſt, nec ab tactu amplius dolet; reſpiratio eſt liberi pulſus irregularis, ſat fortis: mentis co pos eſt: dolores artus & reliquum corp occupantes eosdem conqueritur ac ab ini morbi: ſed capitis dolores multum remi

runt

int : illorum loco gravitatem, ſtuporem ſtrepitum quaſi a ventis caput perflanti- us conqueritur : alvus ſpiſſior eſt : urina ucusque fere naturalis. Dantur ipſi per em rad. arnic. dr. VI.

22da Cutis & lingua iterum ſiccæ: mi- ria magna ex parte diſparuerunt : magis axia eſt ægra : nocte ſequente per aliquot oras dormit : in ſomno toto corpore ſudat.

23tia Toto corpore madet : miliaria mnia diſparuerunt : lingua humida, pura t : Petechiæ ſuperſtites pallent : ægra ho- e bis alvum pultaceam deponit : urina eſt ypoſtatica : dolores ubique multum remi- runt : facies & oculi fere naturales ſunt : la ſe movet : & in latera decumbit : re- iratio libera eſt : pulſus eſt plenus, dila- tus cum ſoliditate mollis, minus febrilis, æqualis ; interdiu ſat bene dormit : bo- m noctis partem in ſomno tranſigit : ac enuo ter alvum pultaceam deponit.

24ta Sexies alvus pultacea ſecedit.

25ta Vix amplius febricitat, cuticula per totum corpus late abſcedit: ſæpe leniter ſudat ægra: pauca ſuperſunt petechiarum ſtigmata: ægra de die in diem melius habet.

26ta Denuo quater, 27ma ter alvum copioſam pultaceam deponit: incipit tuſſitare: dantur ipſi pulv. rad. arnic. quem nunc nauſeat, tantum dr. iii. cum ſyr. capill: Veneris in Electuarium redacti & decoctum emolliens.

Perrexit quotidie bis, ter alvum pultaceam deponere uſque ad 30mam Novembris, qua figurata incepit tantum ſemel in die ſecedere: pulſu febris experte, ſed adhuc inæquali, desquammatio cutis 4ta Decembris abſoluta eſt: tuſſis, qua paucam pituitam ejecit, ceſſavit: ægra a medicamentis abſtinet & convalescit.

Menſe

Menſe Januario plus juſto comedit, : aeri frigido ſe expoſuit: peripneumonia orrepta eſt, unde etiam perfecte conva- it.

CASUS TERTIUS.

Virgo 38 annos emenſa, alias ſemper t ſana: 11ma Februarii anni 1774. quar- nempe die poſt abſolutum menſtruorum egularem fluxum alternantibus horrore & lore cum profundo crurum lancinante do- re & totius corporis magna laſſitudine orripitur. 12ma incipit cum torminibus urgari, dejicit circiter 20ies nychtemeri atio: 16ta Februarii copioſa ſanguinis ex ero incipit fieri eruptio, & poſt prandi- m narium hæmorrhagiam patitur.

17ma Mane ad nos defertur: ægra lde debilis eſt: totum corpus ad oſſa & timos viſcerum receſſus doloriſicum eſſe

ait: Petechiæ fuſcæ, confertæ, totum co
pus ad extremitates uſque occupant: ocu
luridi ſunt: cutis ſicca: lingua ſicca, ri
bro-fuſca: ſitis multa: os amarum: na
ſea frequens: præcordia anxia: Diarrha
& uteri hæmorrhagia continuant; pulſus e
debilis, parvus, modice febrilis: a qui
que diebus tuſſicula afficitur. Datur ip
quater in die pulv. rad. arnic. dr. 1. & aqu
pura pro potu, interpoſito aliquoties in di
infuſo calido pectorali.

Tota die purgatur æque frequenter a
ante; Nocte ſequente quinquies: & leni ſu
dore madens per intervalla dormit: ſequen
ti die tantum ſemel alvum pultaceam copio
ſam, obſcure flavam depoſuit; continuavi
leniter ſudare.

19na Februarii Veſpere ceſſat uter
hæmorhagia: alvus pultacea eſt: appeti
ægra: lingua humida, anterius pura, co
loris naturalis: poſterius alba, ſordida: ori

amaror

amaror nullus : ſitis pauca : cutis continuo eni ſudore madet : Petechiæ flavent, pauciores ſunt : pulſus eſt plenior, fortior, ibere dilatatus : reſpiratio libera, & omnia n melius mutantur : noctu pacate dormit : & ſudare continuat.

20ma Veſpere omnes petechiæ evauerunt : cutis humida eſt : tota lingua pua : famem conqueritur ægra : nullibi amlius dolet ; vires & omnes functiones ſenim ad ſtatum naturalem redeunt.

Sumit eandem medicamenti doſin usque ad 24tam Februarii, qua, a morbo erfecte libera, ab omni medicamento abtinet, & Diæta conveniente utitur.

25ta Februarii cibos ipſi datos cum viditate cito ingurgitat. Sequenti mane nveni illam leniter febricitantem cum linuæ ſorditie, oris amarore, ponderis in Eigaſtrio ſenſu. Dato Emetico aliquoties omuit.

27ma Ab omni morboso symptomate illam immunem inveni, & cito vires recuperavit.

CASUS QUARTUS.

Puella 15 annorum, nondum menstruata, a pueritia nullum morbum passa 20ma Februarii, grægressa per totam diem spontanea lassitudine, siti, inappetentia, vespere valido frigore corripitur, quod brevi excipit magnus calor, capitis dolor, oris amaror, nausea. Vena ipsi secatur & emeticum cum effectu ipsi porrigitur: sequenti die sumit purgans quod sæpe alvum movet: dein jusculà, infusa theata, emulsa ipsi exhibentur: 26ta Februarii mane ad nosocomium nostrum delata est.

Circa decimam matutinam inveni illam per truncum & artus petechiis fuscis dense obsitam: cutis erat mollis, perspirans: facies

cies roſea : oculi liventes aquoſi : lingua cruſta fuſca, ſicca, tecta : alvus liquida: torminoſa, a ſumpto primo morbi die purgante quotidie ultra 14ter dejecta. Omnes artus & totum corpus dolore continuo afficiebantur, ab attactu aucto : debilitas magna : decubitus ſupinus : reſpiratio anxia, crebra : pulſus flaccidus, debilis, irregularis, cum apparente arteriæ vacuitate ſubinde tenſus.

Datur ipſi pulv. rad. arnic. cujus dr. III. adhuc ea die abſumit : nocte ſequente tantum ſemel purgatur : per intervalla parum dormit.

27ma Alvum pultaceam bis absque torminibus deponit : leni ſudore fere tota die madet : nox fere inſomnis.

28va Petechiæ numero minuuntur, quæ ſuperſunt, rubent : pulſus erigitur : noctu parum dormit.

29na

29na Petechiæ omnes disparuerunt: cutis eſt mollis: reſpiratio per intervalla liberior eſt: pulſus ut heri: alvus naturalis: urina indifferens: fere in eodem ſtatu manet ægra uſque ad tertiam Martii, qua ultra duas horas multum toto corpore ſudavit, & tota die leni ſudore maduit: dolores totum corpus occupantes leniores evaſere: lingua incepit humeſcere: pulſus & reſpiratio multo meliores evaſerunt. Sed acceſſit tuſſicula frequens, ſicca. Præter radicem arnicæ ſumpſit decoctum radicis ſaleb.

4ta Martii nihil notabile accidit: ſed veſpere circa ſextam cutis ſicca reddita, febris aucta, calor urens, anxietas magna, reſpiratio multum accelerata: quæ omnia, bihorio circiter elapſo, erumpente ſudore per totum corpus æquali & tota nocte continuato remiſerunt, & ægræ per intervalla pacatum ſomnum conceſſerunt.

6ta

6ta Martii mane abdomen denſo agnine miliarium alborum bene elevatorum obſitum eſt, paucis hinc inde pectori inſidentibus: lingua tota humida, fere integre depurata: totum corpus, exceptis pedum plantis, a dolore immune eſt: ſe ſola in latera componit: pulſus plenus, dilatatus, liber, modice tantum febrilis: reſpiratio fere naturalis: tuſſi facili, non frequenti, ſputa cocta educit: alvus quotidie naturalis.

8va Martii omnia miliaria in ſquammas abiverunt, diſparuerunt: functiones vitales optimæ ſunt: vires redeunt: appetit egra: continuat adhuc ſubinde ſputa cocta expectorare: miſſa fit arnica & continuatur decocti uſus.

13tia A tuſſi libera ex lecto ſurgit, cito vires recuperat & 22da ad ſuos redit.

CASUS

CASUS QUINTUS.

Captivus 35 annos natus, proceræ, gracilis corporis ſtaturæ, 8va Julii 1774 veſpere ad cubiculum captivorum defertur.

Ante ſeptem annos pleuritide affectus perfecte curatus fuerat: cæterum tota vita ſanus, donec 7ma Julii poſt ſumptum cum nauſea in prandio aliquod ferculum horrore & frigore cum ſenſu contuſi ad oſſa uſque corporis correptus fuerit. Veſpere his ſe adjunxit Diarrhæa, & æger totam noctem absque ſomno transegit: frigus duravit in magno cœli calore uſque ad 28vam Julii circa meridiem: dein ceſſit calori, quem ſtatim comitatus eſt ſudor, ſitis, cephalalgia, & magna, continuante alvi fluxu, cum dolore totius corporis debilitas.

9na Julii mane illum primo vidi: omnia ſymptomata ut heri: ultra 20ies nychtemeri ſpatio dejicit: cutis ſudore madet

pete-

etechiis punctícularibus denſe obſita: lin-
ua eſt ſordida, alba: ſitis pauca: omnia
ſſumpta ipſius guſtui ſaporem dulcem im-
rimunt: acida meraca deſiderat: pulſus
ſt flaccidus, parvus, modice febrilis: re-
piratio anxia: auditus gravis: circa um-
ilicum ab attactu dolet: hypochondrium
niſtrum tumet, tenſum eſt. Datur ipſi
er in die pulv. rad. arnic. dr. 1. nocte ſe-
uente tantum ter purgatur. 10ma Julii
mel alvum pultaceam habet.

11ma Pulſus eſt ſolidus, magis fortis
qualis, reſpiratio libera: anxietas nulla:
ypochondrium collapſum eſt: dolor, quem
attactu circa umbilicum percipiebat, dispa-
uit: vires meliores ſunt: ſudor nullus:
octu ſat bene dormit. De die in diem me-
us habet.

16ta Julii petechiæ omnes disparue-
nt, lingua eſt pura: guſtus jam a triduo
aturalis: appetitus bonus: alvus natura-
lis:

lis : urina toto morbi tempore indifferens : caput liberum : functiones vitales bonæ : abſtinet a medicamento & cito convaleſci æger.

CASUS SEXTUS.

Lanio robuſtus 20 annos natus in carce ribus ſcorbuto contracto verno tempore her barum recentium uſu curatus 9na Julii an xietate, nauſea, cephalalgia, calore, debi litate corripitur. Datur ipſi purgans, quoc multum operatur. 12 Julii illum curandun ſuſcipio.

A ſumpto purgante circiter trigeſie quotidie purgatur : lingua ſordida, flava os amarum : appetitus deletus : oculi lividi humidi : ſudans cutis maculis puliculari bus rubris pleniſſima : tuſſis ab octiduo fre quens, inanis, ſub qua capitis dolor auge tur : hypochondrium dextrum tumet, ten

ſum

n eſt : Epigaſtrium ab attactu dolet & ſu-
ius hypogaſtrium : reſpiratio eſt diffici-
, anxia : arteria centies pulſat intra horæ
nutum : pulſus eſt dilatatus, mollis, mo-
liber, modo tenſus : æger valde debilis
: manibus tremit : in dorſum decumbit.
tur ipſi decoctum emolliens & quater de
pulv. rad. arnic. dr. 1.

13tia Nox elapſa ſat tranquilla fuit:
ius frequenter purgatur : oculus ſiniſter
et : capitis dolor mitior eſt : urina val-
rubra enæorema divulſum habet : inter-
ſubinde dormit : reliqua ut heri.

14ta Puſtulæ opacæ milii figura circa
viculas erupere, pus jam continentes:
er intra 24 horas purgatus eſt : hypo-
ndrium fere integre detumuit : reliqua
em filo pergunt.

15ta Tantum decies nychtemeri ſpatio
gatus eſt : caput grave, nullibi am-
is dolet : hypochondrium liberum : re-

ſpiratio liberior, major: anxietas mino pulſus fere idem ac in initio: cutis con nuo leniter madet: petechiæ pallidiores.

16ta Tantum ter purgatur: tuſſis v lidior eſt: reſpiratio denuo anxia: febr major: calor cutis digitos tangentis uren cutis tota die ſicca.

17ma Tota cutis mollis, ſubinde ſ dans: alvus pultacea ſemel deponitur; li gua depuratur: ſitis minor eſt: appetitu habet æger: urina coloris naturalis cu Enæoremate divulſo: miliaria numeroſa ſ periorem pectoris partem obſident: Pet chiarum numerus valde minutus; tuſſis n nor, rarior: debilitas minor: manuu tremor multum remiſit: pulſus eſt dilat tus, plenus, undoſus, æqualis: nox bona ſequitur, in qua continuo leniter ſ dat æger.

18va Alvum pultaceam bis deponit f vo-fuſcam: continuat leniter ſudare: tuſſis major:

jor, frequentior : ſputa multa, glutino-
urina indifferens : ſitis ſat frequens:
piratio difficilior : pulſus irregularis, mo-
tenſus, modo liber, fortis tamen & ple-
s : æger in utrumque latus decumbit:
ſolus erigit : mens hilaris eſt, ſpe plena:
x bona.

19na Vix amplius tuſſit : pulſus 73.
a minutum horæ : pergit per intervalla
are : hodie ter alvum pultaceam depo-
: prioribus miliaribus opacatis nova e-
npunt : tota fere nocte dormit : oculi
di, vividi.

20ma Miliaria heri viſa ſudore noctur-
dilapſa ſunt : priora in ſquammas abie-
ut : ter alvum pultaceam deponit æger:
na bilioſa cum pauca nubecula ſubſi-
nte : tuſſis nulla : pulſus intra horæ mi-
um 60 dilatati, fortes, ſubin inæquales.

21ma Alvus figurata mollis ter copio-
aſecedit : urinam copioſam mittit, quæ

cito turbatur, & ſedimen furfuraceum, bello-flavum, fluctuantibus in medio flocculis gryſeis dimittit: 22ta eædem cernuntur alvus & urina.

23tia Lingua pura eſt: alvus ta ſemel deponitur figurata, compacta: u idem ſedimen habet ac heri, ſed in tr vitris pellicula oleoſa illius ſuperficiem te pulſus æqualis eſt; omnia ſenſim ad ſta naturalem redeunt: hinc inde pallide va petechiarum veſtigia adhuc proſtant

24ta Excreta naturalia ſunt: ap tus eſt magnus: conceduntur cibi co nientes majori copia: ſumit pulv. rad nic. poſthac tantum dr. III. per diem u ad 29nam Julii, qua carnibus incipit & pulchre convaleſcit.

CASU

CASUS SEPTIMUS.

Robuſtus lacertoſus Juvenis 24 annos natus, circa medium Junii tres febris quotidianæ paroxysmos paſſus eſt, qua ſponte manente, æger ſanus viſus, quarta Julii incepit dolere oſſe ſacro. 5ta acceſſit cephalalgia, artuum profundi dolores, laſſitudo, ſitis.

9na Julii hæc ſymptomata omnia gravora evaſerunt, & ſimul magno calore corpus eſt. Venæ ſectione inſtituta aliquod levamen habuit: ſequenti die denuo omnia in pejus verſa ſunt: manſit tamen in cardialgia usque ad 12mam Julii, qua ad nos delatus eſt.

Pulſus valde febrilis erat, mollis, ſat frequentis: tuſſicula frequens: lingua pura: ſitis multa: appetitus nullus: cephalalgia abſt ſomnum protractum, quo nocte elapſa delirium viſus fuerat, evanida: continuans artuum

dolor & laſſitudo : alvus laxa : cutis n
lis, perſpirans, hinc inde purpureis ma
lis variæ figuræ & magnitudinis obſita. 1
tur ipſi decoctum demulcens pectorale
ter de die rad. arnic. dr. 1.

13tia Noctu per intervalla inqui
dormivit : rubent genæ : oculi humidi,
ſtes ſunt : hypochondrium dextrum lev
tenſum absque dolore : cutis calor ure
confertæ maculæ purpureæ totum cor
occupant : ceſſavit artuum dolor : u
rubra eſt cum multo Enæoremate ſuſpe
alvus nulla : nox in ſomnis turbulentis tr
acta.

14ta Pulſus & reliqua ut ante : lin
ſtriatim ſordida, alba : animus ægri tri
abjectus.

15ta Nox pacatior fuit : pulſus lib
ſat fortis, vix febrilis : tuſſis facilior
minus frequens, & ſputa pituitoſa edu
urina naturalis : alvus a biduo nulla : l
pochon-

ochondrii tenſio vix ulla : datur Enema molliens, quod alvum compactam movet.

16ta Maculæ læte rubent, quæ 18va allescunt & numero multum minutæ ſunt: ulſus bonus, naturalis, tuſſis nulla : ſitis auca : appetitus multus. Omittitur decoctum emolliens & continuatur rad. arniæ uſus.

19na Noctu per plures horas pacate ormivit : alvus eſt naturalis : urinam multam miſit, quæ cito turbata ſedimentum ultum, album, ſat æquale depoſuit, pelculam pinguem iu ſuperficie gerens : omes petechiæ diſparuerunt ; æger 20ma & 1ma pergit talem urinam copioſe mittere, perfecte judicatur ; cibis aptis magno cum ppetitu veſcens eandem medicamenti doſin ùmit uſque ad 28vam Julii & cito perfectæ ànitati reſtituitur.

CASUS OCTAVUS.

Senex 60. annos natus, macilentus, ex
ſuccus ob deletum appetitum, capitis gr
vitatem & debilitatem inſuetam, quibu
jam ab octo diebus afficiebatur, 10ma Ju
ni Noſocomium petit, & cito videtur ſi
nitati reſtitutus.

7ma Julii, cum jam brevi eſſet dimi
tendus, per cubiculum ambulans ſubito i
terram concidit, totus rigidus factus, pol
pauca horæ minuta vomit multa æruginoſa
redditur corpori flexilitas. Circa ſextam vel
pertinam bihorio circiter elapſo ab initi
morbi, inveni ægrum valde anxium cum
lingua alba, continua nauſea, capitis &
totius corporis dolore: pulſu valde molli
debili, irregulari, febrili.

Præſcripſi illi lene Emeticum, quod
quater ſurſum & per noctem ſexies per al
vum operatum eſt.

8va

8va Julii continuantibus omnibus ſymptomatibus, excepta nauſea, datum eſt ipſi decoctum emolliens, leniter diaphoreticum, & potui ſerum lactis vinoſum.

His uſus eſt æger uſque ad 12mam Julii absque levamine: quotidie ſemel, ſubinde bis purgatus eſt: cutis ſicca manſit.

12ma Julii veſpere illum inveni leni ſudore madentem, maculis purpureis lenticularibus, pulicularibus &c. per totum corpus maxime per artus ſuperiores obſitum, ſupine decumbentem, anxium, valde debilem cum pulſu debili, parvo, flaccido, inæquali: reſpiratione magna, lenta, tarda: interdiu aliquoties parum dormiverat & bis purgatus fuerat: lingua erat arida, fuſca: mittuntur alia medicamenta, & dantur ipſi adhuc ea die ter pulv. rad. arnic. ſer. II. & cum alium potum nauſearet, aqua pura pro lubitu ad extinguendam magnam,

qua afficiebatur, ſitim, potanda. Nox ſequitur inquieta.

13tia Vox tremula: urina flava cum pauco Enæoremate: ad interrogata hucusque apte reſpondet: omnia ſymptomata ut heri. Datur ipſi quater per diem pulv. rad. arnic. dr. 1. interdiu quater purgatur, ſoporoſus eſt.

14ta Pulſus ſubinde aliquot pulſationes fortiores, magis dilatatas habet reliquis, dein ad priora redit: pedes denudat: extra lectum pendulos relinquit: ſemel alvum pultaceam deponit; & ad excipulum prope lectum ſtans ſurgit; moroſus vix reſpondet interrogatus.

15ta Pulſus ut heri, ſed fortitudinem & dilatationem paulo diutius retinet: alvum ſemel, ut heri, in excipulum deponit cum urina: dantur ipſi Medicamenti dr. VI. per diem.

16ta

16ta Pulsationes, quæ ob tremulam potius, quam dilatatam arteriam hucusque non potuerant numerari, distinctæ sunt, & 100 numerantur intra horæ minutum : pulsus est sat æqualis, solidior, fortior : respiratio est minus lenta, minus tarda : hodie bis alvum pultaceam cum urina deposuit æger : ad interrogata nihil respondet : reliqua ut ante.

17ma Ad interrogata respondet : de pondere pectus gravante & siti conqueritur, genæ rubent : pulsus & reliqua ut heri : denuo alvus pultacea copiosa bis secedit.

18va Majus robur pulsui inest ; jusculà ipsi propinata cum appetitu sumit : oculus sinister quasi mortuus, admota candela accensa vix irritatus : bis alvus copiosa cocta secedit, & semel 19na, qua oculus jam reviviscere videtur.

UNIVERSITY OF EDINBURGH LIBRARY Founded 1583 SCHOOL OF MEDICINE

20ma Noctu ſtragula abjecit : de die quoque indecenter ſe nudat : delirat : alvum coctam, mollem ſemel in excipulum deponit : urinam in lectum mittit, lingua humescit.

21ma Omnia eodem modo ſe habent : pulſus tamen eſt ſat bonus, vix febrilis : reſpiratio libera : & oculus ſiniſter rubet.

22da Noctu pacatus fuit, dormivit : pulſus eſt ſat fortis, apyretos : reſpiratio naturalis : æger ſe modo in unum, modo in aliud latus ſolus componit : quietus jacet ; oculus minus rubet : rubor genarum disparuit : in cruribus disparuerunt omnes maculæ, in trunco numero minutæ ſunt & pallent, in artubus ſuperioribus fere immutatæ perſtant : lingua fere tota depurata : alvus, ut ante : æger petit potum acidulum. Datur ipſi ſerum lactis vinoſum & pergit eadem ac ante radicis arnicæ doſi uti.

23tia

23tia Lingua pura eſt : urina rubella, tenuis cum Enæoremate multo ſubſidente, arenulis parvis fuſco-flavis referto. Talis urina ad 31mam Julii uſque copioſe reddita eſt, dein naturalis evaſit : alvus quotidie ſemel ſponte ſecellit.

27ma Æger, qui licet mentis compos eſſet, ſubinde adhuc brevia intervalla delira habebat, optimo judicio gaudet : magnum appetitum habet : petechiæ omnes disparuerunt : vires creſcunt : pulveres recuſat ; quare radicis pulveriſatæ per 12. horas vaſe clauſo vino calide infuſæ unc. ß. datur ipſi quotidie abſumenda. Sic continuat uſque ad 5tam Auguſti : dein ab omni medicamento abſtinet : pulchre convaleſcit : & poſt menſem robuſtior & carnioſior dimiſſus eſt, quam ante morbum.

Hic poſt eruptionem petechiarum, quibus numeroſiores in nullo ægro me vi-

diſſe

diſſe recordor, cutim ſemper habuit mollem, perſpirantem : nunquam vero ſudavit.

CASUS NONUS.

Vir 30 annos natus anno 1772. febri putrida diu decubuit, plagæ veſicantium tunc applicatorum fædis cicatricibus tectæ ſunt; alias fere ſemper ſanus : Tertia Julii 1774. prægreſſo per bihorium horrore , frigore, tremore incaluit vehementer & ſequenti die toto capite intumuit.

9na Julii delirans ad nos defertur: facies & totum caput valde tument coloris rubri ad fuſcum vergentis : pulſus eſt febrilis, ſat fortis : alvus clauſa : datur ipſi purgans mannatum & poſtea decoctum emolliens, diaphoreticum cum pauco nitro: alvum quotidie bis terve laxam habet : multum potat : 12ma incipit facies desquammari : & totus tumor capitis collabi cum

deli-

delirii incremento. Applicatur Nuchæ lamum vesicans: nox inquieta sequitur.

13tia Respiratio est valde difficilis: pulsus parvus, debilis, inæqualis, subinde intermittens: æger valde delirat & continuo abjiciens integumenta vult aufugere. Dato Enemate ter movetur alvus: applicantur suris bina vesicantia & præscribitur illi Infus. No. 1.

14ta Manea collo & humeris anterius ad mammas usque tota cutis profunde fusca est: posterius ad lumbos usque cutis ruboro-fusca innumeris pustulis albis, opacis materiem puriformem continentibus obsita: hinc inde per inferiorem trunci partem & artus maculæ parvæ purpureæ eruperunt, & aliquot pustulæ miliares circa cordis scrobiculum: facies adhuc tumida rubet: nasus mole valde auctus est: oculi luridi, sicci: cutis ubique sicca: crustæ fuscæ dentibus & labiis adhærent: alvus noctu semel

ſeceſſit: ſupine decumbens continuo mur-
murat; floccos carpit & ſurgere conatur;
auditus graviſſimus eſt: ſubſiliunt tendines;
ſubinde ſingultit æger: valde tremulæ ſunt
corotides: pulſus ut heri: reſpiratio diffi-
cilis tantum paulo naturali celerior: Veſi-
cantium plagæ fuſcæ paucum Ichorem fun-
dunt: prius medicamentum ſyrupo magis
edulcoratur & illi ſpir. vitrioli gutt. XLV
adduntur. Æger incipit quater in die pulv
rad. arnic. dr. I. ſumere.

15ta Hinc inde puſtulæ miliares in ab
domine eruperant: ad regionem umbilicalem
uſque tota cutis rubro-fuſca: oblata meli-
us ſumit: vires ſunt majores, ſolus ſe
erigit, quod heri non poterat: re
liqua ſymptomata eadem permanent: nocti
ſubinde parum dormit, valde difficile ſpi
rans: jam ab heri inſcius omnia ſub ſe di
mittit.

16ta

16ta Cutis a media abdominis parte us-
ie ad pubem & inguen dextrum, vertebras
mborum & os sacrum fusca: sinistra ab-
ominis pars a regione umbilicali deorsum
poſtrorsum colorem naturalem habet:
liaria plura, magna, alba per totum ab-
men & pectus eruperunt: inter quæ in
rte cutis fusca pustulæ variis similes mur-
adsunt: tota cutis sicca; lingua arida,
gra, pluribus locis fissa: minus inquietus
æger: tantum per intervalla festucas ex
egumentis placidius avellit; singultus
illus; tendinum subsultus & manuum tre-
or minores sunt; in somno mentum con-
uo movetur: bis non mortem fugit, &
rum liquidam valde fœtentem, fuscam in
cipulum lecto contiguum deponit: oculi
idiores sunt: respiratio & tempore som-
& vigiliæ multo facilior: arteria tremula
bet 75 pulsationes distinctas intra horæ

minutum : pulſus ſubinde intermittit ; noc
melius dormit.

17ma Ceſſaverunt tendinum ſubſult
& manuum tremor : magnam diei parte
in ſomno transigit ; pulſus magis fortis e
inæqualis manet : reſpiratio libera : oc
naturales ſunt ; facies multum detumui
miliaria omnia opaca ſunt, puſtulæ aliæ ſi
cæ excidunt : humeri & axillæ colorem n
turalem habent : cutis ſupra coxam ſiniſtra
obſcuro rubore tincta eſt : dentes depura
tur ; bis alvum pultaceam copioſam ex v
ridi fuſcam deponit æger.

18va Cutis hucusque ſicca noctu fe
continuo leni ſudore maduit ; tota die
niſſime ſudat : labia pura, mollia ſunt :
mellæ nigræ a lingua molliori ſeparantu
bis alvum heſternæ ſimilem deponit ; au
tus naturalis eſt : æger multum dormit : me
magis ſerena eſt, vires meliores : pul
ut heri.

19na

19na Multa miliaria in ſiniſtra abdo-
inis parte eruperunt, magna, tenſa: cu-
tota eſt mollis, etiam in dextra abdomi-
parte & ſupra os ſacrum coloris natura-
: pulſus ſunt intra horæ minutum 87.
lidi, libere dilatati, fortes, æquales:
mula carotidum agitatio, hucusque viſa,
ſparuit: appetitum habet æger: lingua
ta humida, ſordibus fuſco-flavis obſita:
is pauca.

20ma Noctu optime dormivit: mentis
fecte compos eſt: appetitus eſt magnus:
des lamellatim a lingua ſecedunt: cutis
facie & dorſo in latas ſquammas abire
cipit: alvus naturalis: æger Infuſo-De-
ctum recuſat, cui ſuperſedetur. Datur
per diem vini auſtriaci lib. ß. quo pau-
m panem ſenſim imprægnat & comedit,
liquum aqua dilutum potat: pergit eadem
dicis arnicæ doſi uti, & de die in diem
elius habet.

24ta Miliaria omnia exciderunt, cies naturalis eſt: hinc inde in dorſo la ſquammæ adhuc abſcedunt; pectoris an rior pars ſquammulis obſita: tota cutis m lis. Utitur pulvere radicis arnic. uſque 29nam Julii, dein ſola apta Diæta ute ſenſim vires & carnes recuperat.

Veſicantia ante uſum arnicæ gangr noſa quarto ab illius uſu die pus dederu & tantum circa medium Auguſti cicatr obducta ſunt.

CASUS DECIMUS.

Civis hujus civitatis accerſivit me ad un ex ſuis filiis, quadriennem, morbo va loſo correptum: hic libero aere utens ullis medicamentis indiguit & cito recon luit. Deciduis apud hunc variolarum c ſtis, ipſius natu minor triennis 20ma A guſti eodem morbo correptus eſt. Sec

d

febris varioloſæ die dolores abdominis
odo terminoſos, modo urentes, ſubinde
rum remittentes conqueſtus eſt, qui ne-
e blandis purgantibus, neque medicamen-
demulcentibus paregoricis ceſſerunt.

2da morbi die fere finita, variolæ
perunt, quæ tertia toto in corpore præ-
ue in facie denſo agmine proſtabant.

4ta morbi die dolores abdominis fre-
enter conqueritur: febris vix ulla: æger
cubiculum ambulat: Diæta blanda, le-
er antiſeptica & huic analogis medicamen-
utitur. Variolæ lente creſcunt, ſepti-
morbi die in facie confluunt, fuſcum
orem habent, per totum corpus flacci-
& pallidæ. Datur ipſi camphoræ & de-
ti corticis Peruviani quantum reluctanti
vulo, ſubinde dolores abdominis adhuc
nquerenti ingeri poteſt. De die in diem
us habet: vivus putreſcit: undecima
rbi die tota cutis ulcerata abſcedit, quaſi

ex aqua ebulliente eductus fuiſſet infan
ingenti fætore cubiculum implet: 12ma d
morbi moritur.

Frater ipſius quinquennis qui initio
lii ictero & magno hypochondrii dextri
more & tenſione affectus uſu aptorum n
dicamentorum ad 12mam uſque Augu
continuato curatus, 21ma Auguſti mor
varioloſo correptus fuerat cum dolore p
fundo hypogaſtrii: morbus eodem mo
ac in priori decurrit, in hoc tantum dif
rens, quod variolæ in facie non conf
ant.

Nona morbi die variolæ omnes fo
am profundam in medio habebant, non e
vabantur, nec ſuppurabant: pulſus flacc
cebat, & æger debilis erat. Datur ipſi
quens.

℞. Pulv. cort. Peruv. unc. 1.
coq. c. aq. q. s. per horam
colat. unc. x. adde.

Spirit.

Spirit. vitriol. gutt. xx.

Syr. Alth. unc. III.

Ut omni ſesqui hora vel ſæpius unc. I. ſumat. Sic continuat uſque ad IImam morbi diem mane, qua illum inveni placide delirantem, ſupine decumbentem, cum reſpiratione laborioſa, inæquali, irregulari: pulſu flaccido, vacuo, ſumme debili; variole erant collapſæ, vacuæ fere omnes: hinc inde aliquæ Ichorem fundebant: tota cutis pallida, laxa, tenuiter ubique corrugata: ſubfrigida: alvus liquida, fœtidiſſima ter ab heſterna veſpera feceſſerat: lingua erat aria, nigra. præſcribitur ipſi ſequens, quo circa meridiem incipit uti.

℞. Pulv. rad. arnic. unc. ß. cui affunde aq. bullientis q. ſ. & vin. optimi auſtriaci unc. II. digere loco calido per 4 horas caſe exacte clauſo.

Colat. unc. VIII. adde.

Syr. Rub. Idæi unc. III.

M.

S. omni ſesqui horâ ſumat unc. I. β parvulus libenter ſumit medicamentum quod veſpere denuo repetitur : noctu b purgatur.

12ma Morbi die mane nihil in meli mutatum invenio, & ſpem omnem pare tes mecum amittunt : redeuns ſexta veſpe tina, invenio cutim tenſam, magis calida rubentem ; variolas tenſas, elevatas, r bro circulo circumdatas : alvum pultacea virideſcentem : ægrum ſat apte ad interr gata reſpondentem : reſpirationem facile æqualem : pulſum ſat plenum, ſolidum, berum, magis æqualem. Æger jam r arnic. in Infuſo unc. I. β. abſumpſerat, qu denuo repetitur : noctu aliquoties pac dormit.

13tia morbi die omnes variolæ pulch elevatæ ſuppurant. Functiones vitales b

næ

næ ſunt: non amplius delirat æger: vires ſunt meliores: lingua humeſcit, lateribus depuratur: appetitus redit: alvus eſt figurata, naturalis.

4ta Septembris variolæ in facie exſiccantur: omnia bene pergunt.

7ma Septembris mane ſumit lene purgans, & pergit quotidie rad. arnic. unc. β. uſque ad 10mam Septembris, qua omnes variolæ exſiccatæ ſunt, ſumere: repetito bis purgante æger pulchre convaleſcit & ſat cito vires & carnes recuperat.

Præter ægros, quorum hiſtorias nunc tradidi, eadem æſtate 1774. novem aliis eodem modo affectis radicem arnicæ dedi, inter quos ſeptem denuo pulchre evaſerunt, duo vero mortui ſunt.

Horum ultimorum unus, qui a febri petechiali cortice Peruviano & ſpiritu vitrioli curatus reconvaluiſſe videbatur, & brevi dimittendus erat, cum vinum clandeſti-

ne acceptum magna copia hauſiſſet; eadem die incepit febricitare & ferociter delirare ſequenti die eruperunt per totum corpus petechiæ & maculæ lividæ lentium fabarum que magnitudine & in pectore latis plagis fere cohærentes, inter petechias fuſcas maxime terrificæ: abdomen valde intumuit tympanitice reſonans: ingentem hæmorrhagiam paſſus eſt æger. Hic neque ab aliis medicamentis, neque a rad. arnic. levamen habuit: vixit tamen uſque ad undecimam recidivæ diem.

Alter toroſus & robuſtus ruſticus valde moroſus & triſtis poſt vehementem iram in febrim putridam inciderat: omnia medicamenta reſpuebat & ſubinde tantum precibus adactus aliquid ſumebat: Poſt bina magnas narium hæmorrhagias & alia ſigna provectæ jam putredinis præſentiam indicantia præſcripta eſt nona morbi die rad. arnic. unc. β. per diem ſumenda. Verum bi

nas

nas tantum doſes ſumpſit, dein recuſavit, ſicut alia medicamenta, tantum potu utens; veſpere iterum narium hæmorrhagiam, ut & 10ma morbi die paſſus eſt: 11ma circiter ſanguinis cinnabarini coloris lib. 11. 3. ex naribus fudit: levius inde ſibi viſus habere, reſpuit medicamenta uſque ad 13tiam morbi diem, qua ob debilitatem incepit mortem timere; tunc incepit & ſpiritum vitrioli & radicem arnic. ad unc. 1. per diem ſumere; verum nihil amplius juvit: vitam ſuſtinuimus uſque ad 20mam morbi diem, qua obiit.

Sequenti autumnali ac hyemali tempore, & verno tempore anni 1775. plures talibus morbis ſporadice affectos æque feliciter curavi, ac in conſtitutione putrida æſtatis anni 1774. horum autem hiſtorias cum ſufficienti exactitudine notandi non ſuppeiit tempus.

CO-

COROLLARIA.

Radix arnicæ tonicas cardiacas vires edit, ſolida roborat, diſſolutos humores compingit, inſpiſſat: putredini reſiſtit: natam in corpore humano corrigit.

Oris amarorem, nauſeam, præcordiorum anxietatem a hærente in ventriculo & illius vicinia putrescente vel putrida materie ortam curat arnicæ radix, materiem illam corrigendo & vires inteſtinis addendo, ut illam e corpore ejicere poſſint: hoc autem negotium tantum tunc radici arnicæ committendum eſt, quando ſignis turgeſcentis circa ventriculum materiæ indicatum Emeticum vel purgans prævisa ab illius operatione aliorum gravium malorum exacerbatio & augmentum cum periculo ægri prohibent.

Tympaniticum abdominis tumorem a putrescentibus vel putridis ſordibus in primis viis hærentibus, vel ex ſecundis ad il-

las

as delata tali materia, multum aerem ge-
nerante, ſolida debilitante ortum vi ſua an-
tiſeptica, tonica & roborante discutit, cu-
rat: materiæ peccantis fœtorem emendat,
illius excretionem per alvum & alias vias
promovet.

Contra retrocedentium exanthematum
materiæ acrimoniam humores defendit: vi-
res erigit & ſuſtinet ad illam ulterius coquen-
dam, eamque denuo, ſive per locum primo
a natura ſelectum, ſive per alias vias quali-
tati materiæ magis mutatæ aptiores e corpo-
re eliminandam.

Delirium & varios ſenſorii communis
ac nervorum affectus ab acri putrido irri-
tante & putridis humoribus ob debilitata
ſolida illis ſtagnando imcumbentibus ortos
vi ſua cardiaca, roborante, putredinem
corrigente curat.

Tumores, quos per putreſcentiam hu-
morum excitata rarefactio in variis corporis

partibus

partibus excitat, concidere facit arnicæ ra
dix : nempe diſſolutos humores compingit
progreſſui putredinis obſtat, ſolidis robu
reſtituit.

Eodem modo hæmorrhagias a ſangui
nis diſſolutione putrida ortas ſedat, & pe
techiales maculas ſæpe cito curat.

Floribus arnicæ ubi penetrans, aperi
ens, diſcutiens medicamentum ſimul cum
roborante antiſeptico requiritur, optime
ſociatur radix: ambo enim conveniunt, quod
antiſeptica ſint: differunt vero in hoc, quod
flores valde penetrantes, ſolventes, aperitivi
vi &c. ſint: radix autem præter majore
vires antiſepticas virtute roborante gaudet
& blando, quo imbuta eſt, aromate vire
magis reficientes, cardiacas in vera debilita
te exerit, quam flores.

Cum radix arnicæ valde magna anti
ſeptica, humores condenſante, inſpiſſant
& adſtringente, roborante vi ac aromatic
leniter

eniter excitante principio polleat, ubi san-
uis phlogisticus est, & ubi pulsus dilatatus,
lenus, fortis, solidus, aut durus, mini-
ne convenit : & adhuc minus, si cum tali
ulsu dolor topicus, permanens in aliqua
orporis, præcipue interna parte adest, li-
et superficies corporis, ut subinde in mor-
is inflammatorio-putridis, petechiis obsita
t : in tali casu tantum valet, quando su-
erato morbo inflammatorio putridus solus
ecurrit.

Quando in morbis putridis, pulsu ple-
o dilatato forti, se sic sustinente, respira-
one & viribus sub usu hujus medicamenti
ultum emendatis, petechialibus maculis
vanidis, excretis antea valde fœtidis, fœ-
orem circiter naturalem habentibus sangui-
i crasin putridæ contrariam conciliatam,
olidaque robur & debitam elasticitatem ad-
pta esse cognoscitur ; minuenda est medi-
amenti dosis, & si sub imminuta dosi ea-

dem

dem ſigna continuent vel augeantur, plane omittenda: natura enim eo videtur perducta, ut ſolis fere emollientibus & diluentibus adjuta coctionem & criſin ſola perficere poſſit. Si tamen ob nimis magna putredinis ſigna prægreſſa Medicus non fidat ægrum absque antiſeptico Medicamento relinquere, radici optime ſubſtituuntur florum Infuſum vel earum extractum, quæ egregias vires antiſepticas poſſident, & omnia corporis emunctoria aperta tenent, ſicque evacuationibus criticis, quamcunque viam ſectetur natura, favere poſſunt. In dato enim caſu nimis diu continuatus illius doſis radicis arnicæ, quæ tam ſalutarem mutationem in corpus ægrotum induxit, uſus humores nimis condenſando & compingendo, ſolidorum tenſionem, & robur, plus quam ſatis augendo, ſtagnationes in viſceribus producere, coctionique & criſi impedimento eſſe poſſet: non minus ac inepte continuatus

magnæ

agnæ doſis camphoræ, ſpiritus vitrioli &
rticis peruviani uſus: hic tamen, licet vi
tiſeptica aliis inferior, ingenti qua pol-
, adſtringendi vi in dicto caſu omnium
xime nocet.

Radix arnicæ, quantum fieri poteſt in
ſtantia ægris porrigi debet: ſoleo, ut
monui, illi quartam vel tertiam Sac-
ri partem addere, ut ægri libentius ſu-
nt. Si vero delicatuli illam ſic recuſent,
ari poſſunt inde infuſa aquoſa & vinoſa
mixta: plerumquè in praxi urbana In-
o No. 7. utor: &, ubi periculum eſt in
ra, pulverem cum ſyrupo grato in Elec-
rium redigo: vel illum in mixtura ad-
is aliis grata reddita exhibeo: aut majo-
pulveris radicis quantitatem cum eadem
æ menſura in phiala alta Balneo arenæ
oſita, rite obturata per 4. horas diges-
i committo: colaturam edulcoratam
is porrigo: dum interim alia radicis do-

ſis infunditur, & in infuſione ſufficien
tempore relinquitur: obtinetur ſic colat
ra ſaturata, turbida, lactescens, omnibu
fere radicis viribus imbuta, odore reficie
ti & exhilaranti prædita, quæ ſyrupo
dulcorata ab ægris libenter ſumitur.

CAPUT

CAPUT TERTIUM.

RADIX ARNICÆ ANTIGANGRÆNOSA.

Morbus, contra quem in hoc capite radix arnicæ adhibetur & quævis, etiam exigua, sub hujus usu facta morbi mutatio sensuum externorum auxilio cognosci potest; hinc, quæ binis præcedentibus capitibus subinde tantum ratiocinio deductæ sunt hujus medicamenti virtutes, in his operis evidentes & manifestæ evadunt.

CASUS PRIMUS.

Puella 19. annos nata 27ma Junii 1773. cum morbi putridi die cum petechiis ad nosocomium Nosocomium defertur. Pulsus est

valde debilis, inæqualis, irregularis: re
ratio inæqualis, lenta, ſuſpirioſa, in
mittens: inſpiratio, ut plurimum, ta
eſt; exſpiratio cita: lingua ſicca, fu
debilitas ſumma: totum abdomen mo
molis naturalis: alvus libera: urina pal
flava: ægra non delirans vix ad interrog
reſpondere poteſt: malum oſtendit hæ
circa regionem cordis: oblata, quant
debilitas permittit, libenter ſumit.

Omnia in talibus morbis ulitata re
dia cardiaca, excitantia, variarum claſſi
antiſeptica, veſicantia ſeptem adhibita æ
nullum unquam levamen attulerunt, vi
tantum ſuſtinuere.

Sub finem Julii decubitum latum ac
ſacrum paſſa fuerat, qui cum ſeptem v
cantium plagis non obſtante multi cor
Peruviani, camphoræ, contrajervæ,
rum arnicæ &c. uſu & ſollicita cum anti
ticis & ipſa etiam camphora deligation

gan

ngrænam abivit: ægra omnes vires ami-
, nec potuit amplius loqui.

10ma Auguſti decubitus & omnium
ſicantium plagæ nigræ, ſiccæ ſunt: pul-
s vix amplius percipitur: reſpiratio ad-
ic lentior, tardior eſt, & magis intermit-
ns: totum corpus ſceleton referens fri-
ſcit: omnibus ſenſibus orba eſt ægra: uni-
m, quod ſupereſt boni in illa, eſt de-
atio difficilis eorum, quæ ipſi in os immit-
ntur.

In hoc deſperato caſu coram doctis vi-
s & exactis obſervatoribus Dominis de
onzin & Marxer & pluribus aliis medicis
cepit dari ægræ octies in die pulv. radic.
nic. cum Sacchari tertia parte dr. 1. quam
gra tribus primis diebus absque ulla ſen-
ili vel in pejus vel in melius mutatione
fficulter deglutivit.

13tia Auguſti pulſus magis ſenſibilis
t; ægra alta voce interrogata oculos, quos

a 5. diebus etiam vellicata non aperieb aperit: linguam adhuc nigram, ſiccam, l pra dentes rogata protudit: alvum hab naturalem.

14ta Omnia ulcera humeſcunt, ſa em dant, & plaga veſicantis inter ſcapul applicati pus circa margines habet: ab h die paulatim omnia in melius mutata.

21ma Auguſti omnia ulcera ſupp rant, & pus ſat bonum dant: pulſus val ſenſibilis, ſolidus, ſat fortis evaſit: reſp ratio æqualis: ægra ad interrogata reſpo det: lingua humeſcit, lateribus depuratu ſitim conqueritur ægra: appetitus redivi urina & alvus naturales ſunt: ægra mini ſoporoſa, ſæpe vigilans eſt: ſubinde pac te dormit.

24ta Auguſti omnia ulcera optimu pus dant, & jam renaſcentibus carnibus in plentur: id quod inter ſcapulas eſt, inc pit cicatrice obduci.

31ma

31ma Auguſti excepto ulcere cruris extri omnia ultra mediam partem cicatrice bducta ſunt: & quod inter ſcapulas erat, enitus clauſum eſt: lingua eſt pura; ægra uoad reliqua de die in diem melius habet: oſthac ſumit tantum medicamenti unc. ſ. er diem & diæta conveniente utitur.

18va Septembris omnia ulcera optima catrice tecta ſunt, illo excepto, quod in ira dextra eſt, in quo cicatrix lentos proreſſus facit & demum 16ta Octobris cicatrice obductum invenitur.

Continuatur medicamenti uſus uſque d 20mam Octobris, dein ab illo penitus bſtinet, incipit per cubiculum deambulare, vires ſenſim recuperat.

Ab ea die, qua radice arnicæ incepit ti, ſi Decoctum Rad. Saleb Emuls. & yr. demulcentes excipias, nullum aliud edicamentum ſumpſit.

Circa medium Novembris ſcabies hu
mida per totum corpus, benevalente æg
erupit, contra quam decocta ſanguinem d
purantia continuo ſumpſit, donec terti
Januarii a ſcabie curatam illam febris acut
denuo invaſerit, quæ 14ta morbi die mat
riæ puriformis copioſo ex vulva effluxu
qui per tres ſeptimanas duravit, judicata ef
Ægra pulchre convaluit & quinta Mart
robuſta & toroſa ex Noſocomio dimiſſa ef

CASUS SECUNDUS

Virgini 29 annos natæ, initio anni 176
menſtrua absque nota cauſa emanſerunt
brevi poſt tumor magnus, durus, dolens i
Regione lumbari dextra ortus eſt, quo re
petitis purgantibus diſſipato, fluore alb
copioſo affecta eſt, a quo iterum ſolis pu
gantibus cu.ata perrexit menſtruis carere.

23tia

23tia Julii anni 1773. febri continua utrida corripitur, cum qua jam petechiis uncticularibus per totum corpus plena, 6ta ad nos defertur.

30ma Julii disparentibus jam petechiis olores lancinantes per totum brachium & anum finiſtram incipit pati. 2da Auguſti anus & brachium anterius cum aliquo do-rum levamine valde intumescit.

Uſus ſeri lact. vinoſ. camphor. ſpir. itriol. contrajerv. & applicatio externa an-ſepticorum hunc tumorem non mutarunt.

10ma Auguſti cutis tota livida eſt: olores urentes, lancinantes valde aucti æ-ræ nullam quietem relinquunt: nocte ſe-uente rumpitur tumor: multam ſaniem fun-it: levantur parum dolores.

11ma Auguſti pulſus, qui poſt ortum umoris ſemper fere apyretos fuerat, & ſat olidus, denuo flacceſcit, febrilis eſt & val-

de irregularis : reſpiratio anxia : vires pr
ſtratæ : functiones naturales utcumque bon

Datur ægræ camphor. dr. 1. & corti
Peruv. optimi unc. ß. per diem abſumend
ac continuatur ſeri lactis vinoſi uſus : ulcu
pulvere camphoræ & ſuperpoſitis plumace
lis mucilagine camphorata imprægnatis de
ligatur.

His non obſtantibus gangræna de di
in diem majus ſpatium occupat, a cortic
valde angitur ægra.

18va Præſcribitur ægræ camphor. d
1. ß. per diem, ſed ſubdelirans & moroſ
illam vix ſumere vult.

21ma Auguſti gangræna conſumpti
omnibus integumentis & muſculorum pa
te, incipiens tribus digitis transverſis ſupr
articulationem brachii cum carpo, totam
volam manus uſque ad tertiam digitorum
phalangem, exeſis etiam magna ex parte mu
culis & tendinibus occupat : totum brachi

um

ım tumidiſſimum eſt, circum ulcus livens, ſuperius fuſco-rubrum. Deligatio fit ut ante, & miſſis omnibus aliis medicamentis datur ægræ octies in die pulver. rad. arnic. dr. ſ. quam optime fert.

22da Auguſti veſpere mentis compos eſt: pulſus eſt melior: ulcus copioſiorem olito ſaniem fundit: dolores ſunt minores; nox ſequitur ſat tranquilla.

23tia Reſpiratio fere naturalis eſt: pulſus ſolidus, ſat regularis, magis fortis: ulcus loco ſaniei hinc inde pus dilutum obſcuri coloris dat, & incipit depurari: de die aliquoties brevi ſomno reficiente gaudet, & nocte ſequente pacate per plures horas dormit.

26ta Auguſti totum ulcus & illius margines puri ſunt: pus omni nota bonum manet: vires redeunt: & omnes functiones in melius mutatæ ſunt.

Uſa

Uſa eſt ægra eadem radic. arnic. doſi uſque ad 25tam Septembris, quo tempore ulcus renatis carnibus ſenſim impletum fere integre cicatrice obductum erat : brachium ſuperius detumuerat : anterius vero adhuc multum tumebat & valde durum erat : quare cum præter hoc ægra optime valeret, miſſa eſt arnicæ radix & mucilago camphorata : cujus loco ſaturatum cicutæ decoctum reſiduo ulceri & brachio tumido applicatum eſt, & ægra Extracti cicutæ dr. 11. per diem in mixtura cœpit ſumere : quorum uſu per binos & medium menſes continuato brachium perfecte collapſum eſt : ulcus perfecte coaluit : menſtrua a tot jam annis emanentia denuo erupere, & ægra toroſa, robuſta, ſaniſſima evaſit : omnes vero manus affectæ digiti, excepto pollice, conſumpta magna tendinum & muſculorum parte immobiles manſere, neque ullo modo

potuit

potuit ipsis mobilitas restitui, licet sat diu eum in finem in Nosocomio servata fuerit.

CASUS TERTIUS.

Vinitoris vidua, quantum expiscari potui, 90. annos & forte plures nata, novem prolium mater, fere nunquam ægrota, 22da Septembris 1773. Gangræna senili omnes digitos & medium pedem sinistros occupante, debilissima, delirans, nullibi dolens cum pulsu faccido, febrili ad nos delata est.

23tia Camphor. dr. 1. ß. per diem incepit sumere: totus pes saturata mucilagine camphorata involvitur, & eadem calida diligenter fovetur.

25ta Septembris cum camphoram optime ferat, dantur ipsi per diem illius dr. III. hanc dosin bene fert, & 26ta pulsus est melior, delirium minus.

29na

29na Septembris circum medium pedem circulus eſt quaſi cultro factus, gangræ-noſum a ſana pedis parte ſeparans.

30ma Cutis nigra anterioris pedis partis elevatur : circulus heri factus magis dilatatus eſt : multum puris tenuis dat.

Nigra cutis ſenſim abſcedit, & octava Octobris penitus ſeparata eſt : tota media anterior pedis pars, manentibus digitis nigris, exſiccatis & nunc vacillantibus, circumcirca optime ſuppurat : pulſus eſt ſat ſolidus, plenior, fortior, apyretos : ægra appetit, vires creſcunt.

11ma Octobris digiti valde vacillantes & ſponte fere excidentes ab oſſibus metatarſi inſcia ægra, ſeparavit Chyrurgus.

Perrexit tota plaga multum puris ſat ſpiſſi, fœtidi dare uſque ad 16tam Octobris, qua inceperunt integumenta ſurſum livere, exedi & ulcus pus tenue, flavum, valde fœtidum dare.

Hisce

Hisce magis magisque auctis, pulſu enuo flaccido reddito, delirio aucto, 19na ctobris loco camphoræ, cujus hucusque r. III. quotidie ſumpſerat, data eſt illi omni ihorio pulver. rad. arnic. dr. I. ut interdiu nć. I. abſumeret: totum ulcus & media ferior cruris pars livida ſaturatiſſimo flo- um arnicæ Decocto deligata & fota ſunt.

Poſt primas binas medicamenti uncias ɔſumptas ceſſavit ulcus ſerpere, in reli- uum pedem calor redivit: color cæruleus cepit in magis naturalem mutari, & ægra uoad reliqua denuo incepit melius habere.

1ma Novembris toti ulceri pulveris adicis arnicæ denſum ſtratum inſpergitur, lumaceoli ſaturato florum arnicæ decocto npregnati deſuper applicantur, & totus pparatus eodem decocto diligenter fovetur.

5ta Novembris fœtor, qui ingens e- it, ſub uſu medicamenti ſenſim minutus, isparuerat: pus in tota plaga ſpiſſum al-

bum

bum, blandum, copiosum erat: livida a
tea & tumida ad mediam suram integumen
colore naturali prædita erant, & fere i
tegre collapsa: ægra vires bonas habet,
optimum appetitum: alvus est naturali
somnus bonus: incipit tantum radic. arni
dr. vi. per diem sumere: ægra jam a tridu
quater quinquiesve per diem copiose pu
gatur.

7ma Novembris pars ossis metatar
a pollice secundi fere unciam longa spon
abscessit.

14ta Portio primi, & 15ta tertii ar
bæ duas tertias partes pollicis æquantes sa
paratæ sunt. Ulcus in tota sua circumf
rentia circiter medium pollicem cicatri
versus anteriora, jam extensa minutum
Posthac sumit tantum rad. arnic. unc. ß. p
diem.

24ta Novembris frustum ossis metatar
pollici respondens abscessit duas tertias pa
tes

s unciæ magnitudine æquans: vires opti-
æ ſunt: carnoſior fit ægra, coloris me-
oris: omnes functiones rite peraguntur.

1ma Decembris carioſa oſſis metatarſi
giti minimi pars ſeparata eſt: ulcus aucta
nſim cicatrice continuo minus fit: ægra
rgit optime habere.

7ma Decembris ſumit tantum rad. dr.
per diem: 14ta Decembris ulcere fere
egre cicatriſato ſolum dr. ii. medicamen-
per diem ipſi porriguntur: tument ad in-
ina uſque œdematoſi artus inferiores:
m arnicæ radix nimis parva copia ſuper-
, illi media pars pulveris florum pro de-
atione admiscetur.

29na Decembris luxuriant reſidui ul-
ris carnes: hinc denuo ſolus pulvis radi-
applicatur: alvus quotidie liquida bis,
ve ſecedit. Urinæ excretio liquidorum
umptorum copiam ſuperat: nihilo tamen
nus ſenſim artus inferiores magis tument

& colliguntur in cavo abdominis tanta
pia aquæ, ut duodecima Januarii manif
fluctuatio percipiatur: urina jam a tri
pauca excernitur; ulcus rupta ab a
diſtendentibus cicatrice, amplius denu
vadit, medicamentum diureticum cum
arnic. ipſi exhibetur, quod excretione
rinæ multum auget.

29na Januarii abdomen & crus
ſtrum, penitus detumuit, dextrum quo
multum collabitur: ulcus, quod a 18v
nuarii Infuſo ex radicis unc. β. in aq.
iv. ſuper fornace calida per 24 horas di
ſta deligatur, denuo cicatrice obduci
Ægra alacris eſt: optimo appetitu gau
bene dormit & reliquæ functiones rite
aguntur.

11ma Februarii pedis ulcus perfe
cicatrice obductum eſt: omnis tumor dis
ruit: ægra optime habet: continuatur
retici

ici uſus, & pergit rad. arnic. dr. II. quo-
lie ſumere.

22da Februarii alacriter per cubiculum
edit, & bonam diei partem extra lectum
nſigit.

Hanc fœminam curatam vidit Illuſtriſ-
us L. B. de Störck Cæſareo-Regior.
chiatrorum Comes & Studii Medici Præ-

Hujus curæ teſtem habui eruditione
experientia clarum virum Dominum Mill-
nn, medicum anglum, cujus frequenti
eſentia in Noſocomio per plures menſes
riſus ſum: illam quoque & alias ægras
ica utentes aliquoties inviſit doctus &
ebris Medicus Ingenhouſs: celeb. Fer-
iandus Leber chyrurgiæ in hac Univerſi-
e Profeſſor publicus, doctus & expertus
wediauer hujus Univerſitatis Medicus,
multi alii tempore curæ hacque finita æ-
m inviſerunt.

Perrexit optime ſub uſu medicam
habere ægra : initio Aprilis cum parum
pereſſet de radice verno tempore colle
illius uſui ſuperſedit.

11ma Aprilis incepit anxia fieri,
ſire, minus appetere : data ſunt ipſi exp
torantia, quorum ope multa glutinoſa
tis reddidit : dein 16ta Aprilis Infus.
1. incepit uti, & ter de die, deficienti
nali, radicis autumnali tempore collecta
III. ſumere.

Sub horum uſu incepit denuo ſat b
habere ; 26ta Aprilis autem utrumque
ſeavit : quare medicamentum No. 1. o
ſum eſt, & vino infuſa eſt rad. autum
unc. 1. ut intra biduum abſumeret: ſed
roſa ægra ſeptima Maji Medicamentum
ſpuit, ad quod ſumendum, cum parum
duciæ in illud poneremus, utpote ra
verno tempore collectæ nullo modo c
parandum, vetulam non coegimus : vir
ipſ

ji pro potu dedimus & Diætam omnem
epeptam antiſepticam reddidimus.

10ma Junii in externa anteriore pedis
rte lata, fuſca veſicula orta eſt, quæ a-
rta laticem fuſcum ſudit, & ſuppoſita
ngrænoſa oſtendit.

17ma Junii uterque calcaneus ſimili
ſica quaſi lata ambuſtione facta occupa-
, ſuppoſita gangrænoſa ſunt. Augetur
ngræna pedis ſiniſtri.

. 26ta Junii in interna ſuræ dextræ par-
lata veſica livida orta eſt, quæ aperta
ramen profundum 5. pollices longum,
pollices latum ſaniem fuſcam fundens o-
lis objecit: ſupra os ſacrum lata plaga
gra, fere ſicca, & in nate ſiniſtra alia
lmam magna, ſaniem quoque fundens:
nia medicamenta reſpuit ægra, & tan-
n gratiora cordiaca parva doſi ſubinde
nit: camphora & aliis antiſepticis deliga-
: 1ma Julii 11ma nocturna mortua eſt.

Ultimis tribus vitæ ſeptimanis uſ
ad diem obitus, tam ſenſibilis fuit per
tum corpus, ut a levi etiam attactu
doloribus ejularet, & mente conſtitit f
uſque ad extremum vitæ momentum,
tius differendum, ſi bona arnicæ radix
fuiſſet, ut illius dr. II. vel dr. III. per di
continuare potuiſſet uti.

In cadavere invenimus cerebrum
de firmum: cæterum nullo viſibili vitio
fectum: viſcera abdominis omnia ſa
omentum & meſenterium pinguedine d
ſimum: magna circa renes adipis cop
panniculus adipoſus ubique pinguedine
gens: pulmones ſani: cor ſanum: ma
vaſa arterioſa in pectore circiter duplo
jora, quam ſoleant in cadaveribus e
oſſa calcanei ut & metatarſi digiti min
pedis ſiniſtri carie affecta.

CASUS

CASUS QUARTUS.

utori 24. annos nato ante 8 annos ſupra
iam ſiniſtram erupere tumores duo ovi
llinacei mediocris magnitudinis, qui bre-
in ſuppurationem abierunt & cicatrice
ile obducti ſunt: anno 1773. duo tumo-
prioribus ſimiles ſub axilla ſiniſtra orti
dem modo fere curati ſunt.

Circa medium Januarii anni 1774. in-
nuere ipſi pedes & crura ad ſuras usque
us eſt medicamentis ſanguinem depuran-
ous, ſub quorum uſu tertia Februarii tu-
or ovi gallinacei magnitudine ſub axilla
xtra pedibus & cruribus collabentibus
tus eſt.

19na Februarii tumor totus mollis in
oſocomio aperitur, effluit pus tenue, ob-
ure flavum, fœtens: deligatur antiſepti-

cis, sumit per diem cort. Peruv. dr. IV. potu acidulo uritur.

24ta Februarii pulsus est flaccidus, pa vus : alvus laxa, fœtida : petechiæ fusc pusiculares per totum corpus eruperur Dantur ipsi in Decocto quotidie spir. viti ol. dr. II. & dictam cort. Peruv. dosin pe git sumere.

5ta Martii lingua est nigra, aridiss ma : cutis sicca, fuliginosa : Diarrhæa fr quens, fœtidissima : respiratio valde anxi parva, crebra, subinde sublimis : pulsi omni nota malus : ulcus totum gangræn sum, nigrum, late integumenta exedit margines circumquaque & totum brachiu tument, quasi emphysematosa : æger co tinuo delirus, valde debilis est : deligat ulcus saturatissimo florum arnicæ decoct & radicis ejusdem plantæ unc. ß. per die incipit sumere æger.

7mo

7ma Martii Diarrhæa ceſſaverat: ulceris margines & brachium multum detumuerant: gangrænoſum a ſanis ubique ſeparabatur: hinc inde pus aderat: lingua humeſcebat; cutis leni ſudore perfuſa erat: pulſus paulo ſolidior & reſpiratio facilior: functiones animales multum emendatæ.

9na Martii ulcus totum purum eſt, petechiæ disparuerunt: lingua eſt pura; cutis naturalis: mens ſerena: pulſus parvus, irregularis: reſpiratio in quiete ſat facilis, & functiones naturales bonæ. Dantur ipſi rad. arnic. tantum dr. 11. per diem.

13tia Martii tumor marginum ulceris & brachii integre collapſus eſt: in ulcere puriſſimo hinc inde cicatricis rudimenta adſunt: pulſus ut ante: vires habet æger: ſed dum paulo alacrius ſe movet, cordis palpitationes & anxietates habet, quas jam ultra annum poſt motum citatiorem ait ſe pati. Reliquæ omnes functiones bonæ ſunt:

loco rad. arnic. dantur ipſi flor. ejusdem plantæ cum melle in electuarium redactor. quotidie dr. 11. ulcus mucilagine camphorata diligatur : cicatrix tam cito renata eſt, ut latum ulcus totum cavum ſubaxillare occupans ad mediam ſuperioris brachii partem verſus cubitum extenſum excepta plaga Mariano paulo majore 28 Martii cicatrice obductum eſſet.

31ma Martii litteras a matre & avunculo accepit, quæ illum in patriam revocabant, & pecuniam aliaque bona ipſi pollicebantur : exceſſu gaudii nimium motus poſt lectas litteras ſtatim incepit anxie ſpirare, & media hora elapſa delirus evaſit.

1ma Aprilis pulſus erat vix ſenſibilis, non obſtante delirio circa mediam & anteriorem quatuor inferiorum coſtarum verarum utriusque lateris partem & medium ſternum de ingenti pondere, anxietate ac dolore conquerebatur : ulcus tantum pau-

cam

cam ſaniem dabat, & jam palmum latitudine iterum æquabat: facies tumebat & oculi inflammati, humidi erant.

2da Aprilis ulcus ſiccum erat, reliqua ſymptomata ut heri; applicata veſicantia, lata medicamenta varia nullum levamen attulerunt.

4ta Aprilis circa meridiem mortuus eſt.

In cadavere inventa ſunt duræ Matris vaſa turgidiſſima: pia mater valde inflammata: in abdomine omnia inteſtina vaſis ſanguineis turgidis variegata: pars Jejuni duas ſpithamas longa valde rubra, inflammata: Hepar magnum externe valde rubrum, intus flavum: lien naturalis: ren dexter inflammatus, duplo major ſiniſtro, qui omni nota naturalis erat: reliqua abdominis viſcera ſana: in pectore pulmo dexter pleuræ & diaphragmati aceretus, facile ſeparabilis: tota pleura in hoc latere

&

& membrana externa pulmonis & diaphragmatis granulosa, sicca: pulmo sinister pleuræ, diaphragmati, mediastino tam firmiter accretus, ut etiam cultro absque læsione separari non posset: uterque pulmo turgidus sanguine atro tenui farctus: cordis sinus dexter cum auricula sanguine atro sat spisso plenus, magnum pugnum virilem volumine æquans: ex auricula crassa polyposa concretio in cordis ventriculum extensa & inde in arteriam pulmonalem profunde impacta, illam perfecte obturans, valde tenax corii humidi ad instar, quæ lota unc. 1. ß. & scr. 1. ponderabat: in sinistro cordis ventriculo polypus minor, tenacitatis minoris circiter dr. VI. ponderans.

CASUS QUINTUS.

Faber lignarius 25tum ætatis annum agens per tres ultimos subsequentes annos autumno

autumno jam provecto tussi corripiebatur, qua multa sputa in initio mucosa, postea, ut descripsit, purulenta, usque ad mensem Aprilis sequentis anni expectorabat, & sponte ab illa expectoratione & tussi liber fiebat.

Anno 1772. neque autumno, neque sequente hyeme solito suo catharro correptus est: sub finem Decembris anni 1773. sponte ortus est tumor in superiore & posteriore femoris dextri parte, qui sensim pugnimanitudinem acquisivit, quo jam suppuratus, aeger valde debilis, coloris cachectici 21ma Febr... ad nostrum Nosocomium delatus est.

Apertus tumor pus flavescens, tenue dedit, quod 22da multum fœtebat; pulsus erat debilis, febrilis, mollis: respiratio per intervalla difficilis, anxia: sitis mediocris: appetitus paucus: alvus libera: in loco tumoris cavitas ulceris ad periosteum usque

que pertingebat & late ſub integumentis a Trochantere majori oſſis femoris fere ad poplitem uſque panniculo adipoſo ſimul cum faſcia lata conſumpto extendebatur.

Incipit per diem cort. Peruv. unc. β in ſubſtantia ſumere: & ulcus ejusdem Decocto admixtis aliis antiſepticis deligatur.

Sub horum uſu gangræna magnos progreſſus facit, qui non modo in ulcere, ſed in omnibus functionibus ſe manifeſtant: quare ultima Februarii datur ipſi quævis cortic. Peruv. doſis vino auſtriaco diluta, & ulcus ſaturata mucilagine camphorata deligatur.

8va Martii rebus ægri continuo in pejus vergentibus datur ipſi ſexies in die optimi corticis chinæ dr. 1. cum vino, & ſaturatiſſimo cortic. Peruv. Decocto deligatur ulcus.

Hanc doſin per biduum bene fert: tertia die bis vomit, majores anxietates con-

queritur

ueritur. 12ma Martii multis precibus vix erſuaderi poteſt ut mane ſumat: tuſſitat ger: reſpirat celeriter, anxie: pulſus eſt alde fecrilis, flaccidus, gangrænoſus: cus flavo viridis, ſicca, quaſi fuligine conerſa: lingua ſordibus fuſco-flavis obſita, umida: alvus laxa, fœtidiſſima; urina allide flava: ulcus Ichore copioſo manat, er totum cubiculum intolerabilem fœtorem argente, ita ut ingentis ulceris valde rovecta gangræna cum præſentibus in ægro ymptomatibus conjuncta nullam ſpem ſalus relinqueret: quare ſtatui in hoc etiam gro obſervare quidnam efficeret arnica, : dedi illi quater de die rad. illius dr. 1. lcus ſaturato florum ejusdem Decocto degari curavi.

14ta magna gangrænoſi ſeparatio jam ıcta eſt: fœtor eſt valde minutus: magnus nus ſupra coxam aſcendens dilatatur, ut medica-

dicamenta melius applicari poſſint: hod
ſumit rad. arnicæ dr. v.

15ta Ulcus continuat depurari: reſp
ratio & pulſus multum emendatur: radice
arnicæ bene fert: dantur ipſi illius dr. vi

16ta Ægrum facile ſpirantem & ja
viribus melioribus gaudentem exactius p
tuimus examinare, & invenimus, non o
ſtante omni, quæ ad præcavendum decub
tum adhibita fuerat, cura, ulcus gangr
noſum in nate dextra imperiali majus & m
culam fuſcam floreni magnitudinis: tota ſ
perficies ulceris pura eſt & optimum p
dat: margines vero adhuc gangrænoſi
ſub cute pannicuius adipoſus adhuc late co
ruptus videtur. Femur adhuc multum t
met: cutis corrupta ad latitudinem pollic
nigra, flaccida ſecundum longitudinem p
ſteriorem ulceris abſcinditur: novus dete
tus ſinus ſub integumentis natis dextræ cu
ulcere femoris communicans dilatatur: pr

nus

s ægro conciliatur ſitus, ut materies
rrupta ſub integumentis faciliorem efflu-
m habeat, ſana non uiterius inficiat, ac
decubitus in nate dextra, & oſſe ſacro a
eſſione liberi vim experiri poſſint medica-
nti. Datur ægro octies per diem rad.
iic. dr. 1.

19na Ulcus natis dextræ pulchre ſup-
rat: jam incipit rima fieri in tota circum-
entia decubitus ſupra os ſacrum: femur
ltum collapſum eſt: totum femoris ul-
; & margines illius optimum pus dant a
ngræna liberati: reſpiratio eſt naturalis;
li ſat frequenti ſputa purulenta expecto-
: pulſus dilatatus cum ſoliditate mollis,
fortis, modice febrilis: lingua antea
ca, ſicca, nunc lateribus humida, pura
, in medio ſordibus albis obſita: cutis
ra eſt, pulchre perſpirans: ſitis mode-
a: appetitus adeſt; alvus naturalis; ex
ibus non exigua poſſet ſpes concipi, ſi

malum minus eſſet: ſed ingens per gangræ
nam facta eſt ſubſtantiæ deperditio, &
quantum optima etiam ſuppuratione conſu
mi debeant vires in hoc ægro ulceris magni
tudinem conſideranti patet: etenim integu
menta communia tribus digitis transverſi
ſupra Trochanterem majorem incipiend
fere uſque ad condylum externum oſſis fe
moris late antrorſum & poſtrorſum gangra
na conſumpta ſunt: faſciæ latæ tantum de
ſtructum eſt, ut dimidia ad minimum vaſ
externi muſculi pars, utrumque bicipitis ca
put huicque accumbentes ſemimembranc
ſus ac ſemitendinoſus, quos omnes plu
minus acre gangrænoſum eroſit, nudi ſint
glutæus uterque in ſua ſuperiori parte mu
tum exeſus eſt & majoris extremus tend
quo oſſi femoris infra trochanterem majorem
inſeritur, de ſua ſubſtantia multum amiſi
adductoris magni pars ſuperior quaſi cultr
anatomico artificioſe diviſa fibrarum faſc

culos

ulos variæ craſſitiei oculis ſiſtit : verbo mnes externam femoris partem componen- es muſculi celluloſa illos involvente & ſi- ul connectente orbati a ſe invicem dehis- endo ſecundum longitudinem femoris mag- um cavum formant, perioſteum late nu- um viſui exhibens: nervus ipſe iſchiadi- us tota ea longitudine, qua muſculi ſemi- membranoſi comes eſt, ſubſtantia ſua cellu- loſa undique ſpoliatus, nudus mobilisque onſpicitur ; reliquum femur licet multum etumuerit, multo tamen adhuc craſſius eſt ompari & valde dolorificum.

Ut in cavo ulceris tam multæ ſubſtan- æ deperditæ loco, alia cito renaſcatur, lud optimo, quod novi, ſarcotico medica- nento, mucilagine nempe gummi arabici ulta camphora ſature impletur : cum ar- icæ radix incipiat deficere, illius tantum nc. ß. per diem ipſi porrigitur, & incipit

ſimul Infuſo No. 1. uti : Diæta reficier ſtatui ægri congrua præſcribitur.

Cavitas ulceris renaſcentibus undiqu carnibus cito minuitur & 25ta Martii ulti duas tertias partes impleta eſt : lenis ver febricula veſpere exacerbata & tuſſis cu ſputis purulentis ſubinde ſat difficilibus co tinuat, & deficit arnicæ radix. Hinc al antiſeptica cum pectoralibus remediis ægr porrigi debent : ulcus vero ſupra dicto m dicamento continuat ter ratione magn ſuppurationis intra 24 horas deligari.

28va Martii celeb. Jacobus de Wel hiſtoriæ naturalis in hac Univerſitate Pr feſſor publicus & Pharmacopæus ad urſu nigrum, qui jam aliquoties radicis arnicæ d ſin generoſe mihi donaverat, illius dem bonam portionem gratis mihi pro ægris N ſocomii dedit ; quæ tamen apud hunc alios ægros cito conſumpta eſt, ut unde ma Aprilis hoc egregio medicamento pe

tus

us caruerim : alia poſtea uſus, quæ ratio-
e minoris efficaciæ videbatur, collecta
empore autumnali : erat autem tunc cavi-
s ulceris impleta, marginibus æqualis &
ta cicatrice obducta, excepta plaga circa
edium femur incipiente, vix medium pol-
cem lata, donec ad ſuperiorem ulceris par-
m antrorſum & poſtrorſum ad ſesqui cir-
ter pollicem dilataretur, cicatrice orba,
d vivida : tuſſis ægro continuabat moleſta
ſe, & lenta febricula veſpere exacerbata.

Perrexit cicatrix ſenſim parum augeri
sque ad tertiam Maji, qua reſiduum ul-
eris incepit pallere & ſequenti die magis
xtenſum inventum eſt.

Cum corticem Peruvianum recuſaret
ger ob magnas, quas poſt illius aſſump-
onem patiebatur anxietates, ad campho-
am 6ta Maji confugi, cujus mucilagine
ummi arabici ſubactæ dr. I. per diem fa-
ile potuit ſumere; lac, quo jam a tribus

ſeptimanis cum Infuſo-decocto ex Polyga
& Lichene Islandico utebatur, continuav
ſumere & ulcus pulvere camphoræ ſupe
poſitis plumaceolis ſiccis deligatum eſt.

A camphora per octiduum ſump
ſymptomata in melius non mutari obſerv
vi: ulcus manſit pallidum, ſiccúm: tu
& ſputa ſunt, ut ante: febricula lenta co
tinuat ægrum depaſcere: incipit aliquoti
in die alvum liquidam debilitantem deji
re: hinc miſſa camphora & aliis, ſola
media palliativa ægro exhibentur, quib
vitam ſuſtinuimus uſque ad quartam Jun
qua totus tabefactus obiit.

CASUS SEXTUS.

Juvenis 15 annorum anno 1769. febri
cuta ultra ſex ſeptimanas decubuit, qua
antlata ſat bene habuit uſque ad annu
1770. quo febri quotidiana autumni te
pore

ore correptus eſt, quæ poſt aliquot paoxysmos ſponte emanſit.

Æſtivo tempore anno 1771. febri putida epidemica correptus ultra duos menſes ecubuit & autumnali tempore febri, quodiana denuo illum invaſit ſicut anno 1772 1773. absque medicamentis quavis vice illa liberatus eſt.

Anno 1772. dum jam febris ceſſavet in lignum malleolo externo ſiniſtri pedis impegit: unde ulcus ortum eſt, quod nno 1774. valde dilatatum variis applicas ultra mediam partem cicatrice obductum ſt: menſe Junio anni 1774. incepit cito ajus fieri, fætere.

7ma Julii ad noſtrum Noſocomium deatus eſt, ulcere ab externa media tali parte ſupra malleolum uſque ad mediam ſuræ partem extenſo, duas tertias circumferentiæ cruris partes occupante, fœtidiſſimo, gangrænoſo, nigro, ſaniem fundente: re-

ſpiratio anxia, naturali crebior erat: pul
ſus valde febrilis, mollis, ad flaccidum ac
cedens: ſomnus ab octiduo paucus: lin
gua humida, ſordibus flavis obſita: appe
titus nullus: ſitis magna: urina pallide fla
va, turbida; alvus naturalis. Datur ipſi
quater de die rad. arnic. dr. ß.

9na Julii nulla, ſive in pejus, ſive i
melius mutatio obſervatur.

10ma Julii margo anterior, inferior &
ſuperior ulceris ſeparato gangrænoſo pus te
nue dat: reliquum ulceris minus nigrum eſt
& multam ſaniem fundit: pulſus & reſpira
tio ſunt meliores; lingua minus ſordida.
Dantur ipſi per diem medicamenti dr. v
& ulcus ut ante ſaturato flor. arnic. Decoc
to deligatur.

Gangrænoſum ſenſim ſeparatur, &
18va demum ulcus ubique pus bonum dat
æger jam a triduo optimum appetitum ha
bet: excreta naturalia ſunt; lingua pura

color

color faciei & reliquæ cutis in meliorem mutatur: vires redeunt: ſomnus eſt bonus: reſpiratio naturalis: pulſus apyretos, ſat fortis, æqualis & plenus. Ulcus mucilagine camphorata deligatur. Pergit æger medicamenti dr. vi. ſumere.

Initio Auguſti intumuit brachium ſiniſtrum circa articulationem cubiti & tenſa ſunt omnia ita, ut nec brachium anterius extendere, neque flectere poſſet. Applicatis per aliquot dies facculis ex herbis & floribus reſolventibus diſſipatus eſt tumor, & reddita brachio libertas, nulla inde ſubſequente alia metaſtaſi.

Poſthac æger ſanorum Diæta utens ſecundum varias indicationes deligatus eſt: prima Novembris ulcus cicatrice obductum erat, & æger carnoſus, robuſtus, bene coloratus. Sumpſit tamen eandem medicamenti doſin uſque ad 16tam Novembris,

qua optime valens ab illa abſtinuit, & 8va Decembris ad ſuos redivit.

CASUS SEPTIMUS.

Puella 20. annorum ſanguinei temperamenti 14to ætatis anno prima menſtrua habuit per 4. vel 5. dies copioſe fluentia, & per tres annos regularia.

17mo ætatis anno, ſive anno 1771. ruri degens febri acuta continua, cujus tribus primis diebus 12ies ipſi vena ſecta, correpta eſt: per tres menſes decubuit, & poſthac adhuc diu debilis manſit: ſolitos tamen labores licet difficulter peregit: ſub finem Maji anni 1773. valida febris tertiana illam prehendit, quæ quater cortice ſopita poſt aliquot dies illam denuo invaſit, donec ſub finem Novembris ejusdem anni ultra 15 dies continuato corticis peruviani

uſu

uſu denuo fugata fuerit, relicta ægra cachectica, debili, & liene tumido, duro.

Servitium ſub finem Decembris inivit & ſua utcumque munia præſtitit. Initio Februarii anni 1774. irata hera fruſtum ligni ſat craſſum in illam projecit, quod in pubem, maxime vero in inferiorem ſiniſtram hypogaſtrii partem impegit, & tantum puellæ dolorem cauſavit, ut in animi deliquium ceciderit: dolor brevi remiſit & integre disparuit, remanente pelvis & hypogaſtrii tenſione, quam ex pudore neglexit ægra uſque ad 8vam Junii, qua incepit pubes & hypogaſtrium tumere, dolere: tunc varia partibus læſis anicularum ſuaſu applicuit: tumor in hypogaſtrio ſenſim ad pugni virilis magnitudinem increvit: ſub finem quartæ ſeptimanæ, ex quo ægra illum adverterat, ſponte apertus multum puris flavi dedit. Ægra in peſſimum ſtatum redacta

6ta

6ta Auguſti ad noſtrum Noſocomium delata eſt.

Ulcus fere rotundum duas tertias ſiniſtri hypogaſtrii partes occupabat, tumentibus circumcirca integumentis valde profundum, nigrum, gangrænoſum, ſaniem fuſcam fundens; pubes dura tumet: ſuperior inguinis dextri pars leviter exulcerata eſt: pulſus flaccidus, debilis, valde febrilis: corpus valde emaciatum, coloris fuſco-flavi: lingua ſicca, glabra: ſitis vix extinguenda: appetitus deletus: alvus naturalis: ſomnus a ſeptem ſeptimanis vix ullus. Datur ipſi ſexies per diem pulv. rad. arnic. dr. I. & mucilagine camphorata deligatur.

9na Auguſti gangræna magna ex parte ſeparata eſt, & 12ma ubique ſuppurat magnum hypogaſtrii ulcus, ſicut & ulcuſculum inguinis ſiniſtri. Ægra incipit per intervalla, præcipue noctu, ſat pacate dormire & quoad reliqua paulo melius habet.

20ma

20ma Auguſti magna ſuppuratione ulcus valde excavatum eſt : muſculi etiam conſumuntur : pus eſt tenue, flavescens: metuitur, ne ſubjacens peritoneum tanta ſuppuratione conſumatur. Datur ipſi per diem pulveris rad. arnic. unc. 1. ulcus, ut ante, deligatur.

22da Ulcus pus ſpiſſum, omni nota bonum, minus copioſum dat : ſumit rad. arnic. unc. 1. uſque ad 28vam, qua ulcus totum reparata ſubſtantiæ jactura impletum, marginibus æquale, cicatrice a marginibus ulceris verſus illius centrum multis in locis extenſa invenitur : pubes mollis eſt, detumuit, & ulcuſculum inguinis dextri cicatrice obductum : a quinque diebus, pulſus qui varie ſemper febrilis fuerat, naturalis eſt : lingua pura, humida : ſitis nulla : appetitus magnus : color melior fit, & vires redeunt. Poſthac tantum rad. arnic. unc. β. per diem & mediam lactis mens.

cum

cum decoct. rad. chin. ſarſaparill &c. ſumit ægra: de die in diem in melius mutata & viribus gaudens 14ta Septembris ſurrexit ex lecto, ultra horam læta per cubiculum deambulavit: veſpere in lecto jacens levi frigore correpta eſt, & incepit febricitare.

15ta Septembris mane febris magna adeſt capitisque dolor: tumet mamma dextra & ab attactu dolet: lienis tumor a curata febre reſiduus disparuit: ulceris fere integre cicatrice obducti margines tumidi, inflammati, duri ſunt. Datur ipſi medicamentum purgans antiphlogiſticum vaſculatim ſumendum, quod ægram ſæpe leniter purgat: mammæ fomentum reſolvens applicatur.

16ta Vix amplius febricitat ægra; mamma minus tenſa eſt: ulcus minus inflammatum: quoad omnia melius habet.

17ma Ægra bene habens denuo radicis arnicæ dr. 11. per diem incipit ſumere.

15ta

15ta Octobris ulcus perfecte cicatrice .
obductum : ægra robusta, torosa est.

CASUS OCTAVUS.

Virum quadraginta annos natum 30ma
Augusti curandum suscepi, a multis annis
minus bene habentem: ante duos annos ob
ulcus cruris sinistri inter malleolum inter-
um & suram sponte natum per tres men-
es in Nosocomio quodam decubuerat, &
nde non curatus discesserat: postea ad soli-
os labores ineptus misere vixit, & noctes
oto hoc tempore in loco subterraneo, hu-
nido transegit. Initio Junii crus sensim
nagis exulcerari cœpit, ut duas tertias par-
es circumferentiæ cruris ab infima parte
ali ad mediam suram interne occuparet,
otum gangrænosum, siccum, nigrum:
Pulsus est valde febrilis, irregularis, modo
ensus. modo mollis, liber, subinde flac-

cidus

cidus: respiratio crebra, difficilis, anxia, per vices sublimis: tussis frequens, sicca: lingua nigra, arida: cutis fusca, sordida, sicca: sitis multa: vires fractæ: decubitus supinus: somnus ab aliquot diebus vix ullus.

Datur ipsi quater de die pulveris radicis arnic. dr. I. & ulcus saturata mucilagine camphorata deligatur.

2da Septembris cum levia tantum separationis signa adsint, & reliqua symptomata continuent, dantur ipsi medicamenti dr. VI. per diem, qua dosi per quatuor dies continuata, rima profunda circum anteriorem & superiorem ulceris partem facta est, gangrænosum a sanis separans, suppurans, ægro quoad symptomata paulo levius habente: reliquum ulcus hinc inde nigrum, aliis locis pallidum, flaccidum, multam saniem fundit.

6ta

6ta Septembris incipit diei ſpatio pul-
eris radicis arnic. unc. I. abſumere : res
gri ſenſim in melius vergunt.

9na Septembris gangrænoſum ex toto
cere ſub quavis deligatione incipit fruſtu-
tim excidere, & in multis locis inſulatim
ppurat ulcus: linguæ margines puræ ſunt:
liqua lingua nigra, ſordida, humida eſt:
octu ſudavit æger: cutis eſt mollis, per-
irans: pulſus eſt adhuc valde febrilis,
ollis: reſpiratio facilior, & æger per in-
rvalla ſat bene dormit.

12ma Septembris nauſeat medicamen-
m, & ſemel removit, ſequenti die
s: quare 14ta gangræna fere integre ſe-
rata, data eſt illi pulveris radic. arnic.
nc. I. vino auſtriaco per 24 horas calide
fuſa, & ulcus ut ante mucilagine cam-
horata cum ſaturato flor. arnicæ decocto
arata perrexit ter intra 24. horas deligare
yrurgus.

16ta Septembris magis tuſſit æger, multa cocta facile expectorat: ſic contin at tota hac die & ſequenti: decima octa autem tuſſis fit ſicca, dolorifica & freque tior, quam ante: crus totum antea val tumidum collapſum eſt; gangræna perfec ſeparata: in ulcere ubique ſuppurante pe dula tendinoſa filamenta multa adſunt: te do achillis conſumptis omnibus ad peri ſteum uſque ſpithamæ longitudine circu circa nudus, ulcus a talo in mediam ſura uſque dodrantem longitudine æquat, ultra tres quartas partes circumferentiæ cru occupat: lingua pura eſt: æger cibos appet febris eſt lenis: vires meliores & quo omnia melius habet: miſſum fit vinum m dicamentum, cujus loco radic. pulveris u ß. in octo doſes diviſa & bona Decocti dic. Saleb doſis ipſi quotidie exhibetur.

22da Septembris incepit uti lacte c Decocto rad. chinæ, ſarſaparill &c. ſ

quo

uo tuſſis ſenſim minuta & rarior facta eſt: ger per aliquot dies ſputa facilia habuit & xta Octobris tuſſis minus frequens evaſe- t. Senſim ita reſarcitæ ſunt ſubſtantiæ de- erditæ ut 13tia Octobris tendo achillis & ii tendines perfecte tecti eſſent, cavoque ceris carnibus impleto cicatrix circumcirca naſcens conſpiceretur, quæ quarta De- mbris duas ad minimum tertias ulceris par- s obduxerat : æger lacte & dicta radicis nic. doſi uſque ad finem Decembris con- nuavit uti, quo tempore dolore lateris xtri correptus eſt, cum pulſu duro, ple- , febrili, qui venæ ſectioni & medica- entis antiphlogiſticis cito ceſſit; poſtea ab rnica abſtinuit : & aliis medicamentis : iu incaſſum uſus phtyſi pulmonali Menſe lio anni 1775. aperto adhuc ulcere, vita nctus eſt.

CASUS NONUS.

Puella ſedecim annorum nunquam menſtruata, a matre ſemper valetudinaria, cujus utrumque crus a juventute ulceribus fœdis occupatum, nata, a pueritia vix unquam ſana, ſcabie, quæ ſine medicamentorum uſu aliquoties retrocеſſit, & ſponte denuo erupit, a decimo ætatis anno affecta 23tia Auguſti ad nos delata eſt.

Puſtulæ fuſcæ, piſi mediocris magnitudine, prurientes, quæ apertæ ſaniem fundebant, faciem, truncum artus occupabant, & ulcus phagedenicum ſanioſum dorſum obſidebat pedis dextri: color cutis fuſcus: appetitus deletus: ſitis frequens: debilitas magna: pulſus mollis, debilis, febrilis, alvus naturalis: urina pallide flava cum Enæoremate tenuiter divulſo. mucilagine camphorata deligatum eſt ulcus, & ægr. camphor. dr. 1, mucilagine gummi Arabici

:i ſubactam quotidie incepit ſumere : hanc
loſin bene tulit ; majorem vero recuſavit.

Res ægræ per 9. dies viſæ ſunt in me-
ius verti : prima vero Septembris ulcus
ncepit nigreſcere, circumcirca latius ſerpe-
e : plumaceolis mucilagine camphorata im-
utis denſum camphoræ ſtratum inſperſum
ſt & his totum ulcus ter de die deligatum:
riorem camphoræ doſin continuavit ſume-
e ægra.

3tia Septembris mane inveni ægram
elirantem : valde difficulter & anxie ſpi-
antem, cum pulſu flaccido, valde febrili,
rregulari, valde debilem, ſupine decum-
entem, totum dorſum pedis ad plantam
uſque & apices digitorum gangræna humida
ffectum. crus tumidum : tota cutis ſordi-
da, nigra, ſicca erat : oculi cærulei, humidi :
deligatur ut ante, & ſumit adhuc ea die
pulv. rad. arnic. dr. VI. ſequenti die ejusdem
unc. I.

5ta Septembris pulſus & reſpiratio multo meliores ſunt: ad interrogata ſat apte reſpondet ægra: gangræna ubique ſeparatur: cutis leni ſudore per vices madet: alvus eſt libera, naturalis.

6ta Septembris, exceptis lateralibus ulceris marginibus totum ulcus ſuppurat, & multum puris flaventis, tenuis dat: omnes tendines nudi: febris valde minuta pulſus plenior, fortior, ſolidior: reſpiratio naturalis: mens ſerena: vires meliores color cutis melior: lingua humida, lateribus depurata: ægra appetit: minus ſitit.

9na Septembris crus detumuit: ulcus optimum pus dat: incipiunt jam recreſcere in ulcere carnes: color corporis bonus eſt: puſtulæ ſcabioſæ per totum corpus incipiunt exſiccatæ decidere: omnes functiones bonæ.

12ma Ulcus incipit cicatrizari: puſtulæ ſcabioſæ continuant decidere: ſumit

poſthac

oſthac radic. arnic. tantum unc. ß. per di-
m, continuat bene habere. 28va Sep-
embris ſcabies integre disparuit: ulcus ſen-
im cicatrice obductum 16ta Decembris
lauſum eſt: miſſum fit medicamentum,
uo hucusque perrexit uti, & ægra robuſta,
oroſa, bene colorata poſt aliquot dies No-
ocomio valedixit.

CASUS DECIMUS.

Virgo 26 annos nata, ſartoris famula, prima juventute duris laboribus addicta 5to ætatis anno menſtruis valde paucis ad 15tum ætatis annum usque, quo per 9. menſes ſponte emanſerunt, & dein ſponte denuo eodem ac ante modo eruperunt, regularibus gaudere cœpit: corpus fuit ſemper macilentum & a biennio coloris valde cachectici.

1ma Novembris anni 1774. intumui cum dolore, tenſione totum crus dextrum ſub applicatione variarum pinguedinum do lores tanti evaſere, ut continuo imminere animi deliquium.

3tia Novembris farinam fabarum ſac culo incluſam, valde calidam incepit fre quenter applicare: levamen dolorum ind habuit ægra, & ſexta Novembris crus circ mediam tibiam ſponte apertum multum pu ris tenuis dedit.

7ma Novembris ad nos delata ægr ulcus camphora deligatum eſt, & quate in die cortic. Peruv. dr. 1. ægræ data.

14ta Cum ſuppuratio continuaret eſ mala, & ulcus continuo latius fieret, cæpi corticis dr. vi. ſumere: ulcus ut ante plu maceolis mucilagine camphorata imprægna tis ea parte, qua ulceri applicabantur denſ camphor. ſtrato tectis deligatum eſt, qui

bus

bus non obſtantibus res continuo in pejus ruerunt.

19na Novembris mane ulcus, quod 18va adhuc pus tenue dabat, totum nigrum, gangrænoſum evaſerat, paucam tantum ſaniem fuſcam fundens: cruris anterioris integumenta late fuſco colore deturpata: pulſus erat parvus, debilis, flaccidus, irregularis, leniter febrilis: lingua pallida, humida: oculi lividi, luridi, triſtes: facies lurida: cutis valde laxa, ſicca, rugis parvis occupata, vix calens: alvus laxa: debilitas magna: ægra placide delirans ad omnia indifferens. Datur ipſi quater de die, miſſo cortice, pulv. rad. arnic. dr. 1. ulcus, ut ante, deligatur.

20ma Novembris medicamenti dr. VI. incipit per diem abſumere: gangræna non ſerpit ulterius: pulſus eſt minus malus: reliqua ut heri.

21ma Valde multam ſaniem fundit ulcus : gangrænoſum incipit ubique abscedere.

22da Margines ulceris pus dant : gangræna ſenſim ita ſeparatur, ut 28va Novembris nihil illius ſuperſit : totum ulcus pus ſubflavum tenue dat : longitudo ulceris ſeparata gangræna a genu deorſum menſurata, erat octo pollicum Pariſinorum & duas tertias circumferentiæ cruris partes occupabat : tibia duorum pollicum longitudine perioſteo tota ſua latitudine anteriori orba : cæterum omnia ſymptomata mitiora: pulſus ſolidus, ſat fortis eſt : oculi ſunt vividi : horum ut & faciei color melior ; vires jam ita increverunt, ut ſe ſola, mentis compos, erigere in lecto poſſit : appetitus redivit : alvus eſt naturalis.

30ma Novembris ulcus ubique pus omni nota bonum dat : vivido colore præditum eſt.

2da Decembris pars nuda tibiæ nigref-
it : tegitur, ex quo gangræna ſeparata eſt,
inctura ſuccini imprægnatis plumaceolis:
lcus ut ante deligatur, & pergit ægra ean-
em medicamenti doſin ſumere, de die in
iem melius habens.

10ma Decembris os, quod octava
ane adhuc nigrum videram, exfoliatur
nſenſibiliter, & incipit lateraliter ſubſtantia
olli tegi : ulceris jam carnibus impleti co-
or vividus, & ægra quoad reliqua bene
abet.

22da Decembris cicatrix circumcirca
marginibus verſus centrum ulceris puriſſi-
ni tendit : reſidua pars media oſſis nudi pol-
icem circiter longa, tres lineas lata hodie
bſceſſit, & os ſubſtantia molli tectum eſt.

4ta Januarii ulcus jam ultra tertiam ſui
artem cicatrice tectum eſt : ægra toroſa
it : optime valet : dantur ipſi poſthac ra-
dic. arnic. tantum dr. IV. per diem, quas per-

git

git ſumere uſque ad finem Januarii : de
cum optime valeat, licet ulcus nondum i
tegre cicatrice obductum ſit, ab omni m
dicamento abſtinet.

CASUS UNDECIMUS.

Operarius 64 annos natus, qui tota
ta duro labore ſe ſuſtentaverat: 11ma N
vembris circa mediam tibiam laborando cr
ſibi contudit, & leniter vulneravit : 16
Novembris ad noſtrum Noſocomium de
tus eſt, cum præter ſenectutem, quam p
ſe ferebat octogenario majorem, nihil i
deeſſe videretur, Diæta apta tantum i
præſcripta eſt, & ut in vulnere cum cc
tuſione deligatio inſtituta.

22da Novembris ulcus pus dat ſubf
tidum, tenue : hinc præter aptam Diæt
& potum antiſepticum quater de die cor
cis Peruviani dr. 1. ipſi exhibetur & ulc
muci-

ucilagine camphorata deligatur: his nihil
melius mutatum eſt: immo æger ſopo-
oſus a cortice ſepties octies nychtemeri
atio purgatus eſt, & incepit magis debili-
ri: totum ulcus in ſphacelum abit.

30ma Novembris cum maxima ante-
oris cruris pars jam ſphacelata eſſet, æger ſo-
oroſus cum pulſu febrili, flaccido; debi-
tate magna: lingua arida: cuti ſicca; al-
o, ut dictum eſt, laxa; indifferentia ad
mnia; data eſt ipſi rad. arnic. unc. 1. diei
atio abſumenda: cujus quælibet dragma
um vini auſtriaci unc. 1. ß. ipſi porrecta
ſt, & ulcus ſaturato flor. arnic. Decocto
eligatum.

Sub horum uſu corrupta cito ſeparan-
ur & 3tia Decembris ſeparata gangræna ti-
ia & fibula ad longitudinem 8 ½ polli-
um anterius nuda ſunt: corrupta ſuræ ſub-
tantia magna ex parte ſeparata.

6ta

6ta Decembris mane invenimus omne gangrænoſum ſeparatum : ſed ulcus erat ſubpallidum , & eroſo vaſe hæmorrhagia facta fuerat, ut ex linteis & ulceri adhærentibus grumis colligi poterat, uncias II. ſuperans : æger erat magis ſoporoſus, placide adhuc delirans, valde debilis : pulſus flaccidus, magis febrilis : lingua aridiſſima, in medio fuſca : lateribus fuſco-rubra : alvus a ſecunda Decembris naturalis tuntum ſemel , ſubinde bis de die ſecedens : urina indifferens : cutis ſicca, rugoſa, laxa, coloris cachectici, viridis. Datur ipſi omni bihorio pulv. rad. arnic. dr. I. β. ut per diem unc. I. β. abſumat.

7ma Decembris ulcus denuo gangræneſcebat : omnia ſymptomata ut heri.

8va Decembris ulcus rubet, ſuppurat : febris eſt major, ſed pulſus fortior, ſolidior : reliqua ſymptomata, ut ante.

9na

9na Pulſus vix febrilis, ſolidus, ſat plenus & fortis: lingua lateribus pura, humida: in medio rubella, mollior; oculi vividiores: vires meliores; mens vividior, magis ſerena.

10ma Decembris mane ulcus latum bonum pus dat: facies melius colorata eſt: pulſus ſat plenus, ſolidus, fortis, vix febrilis: lingua ut heri: noctu bis, de die ſemel alvum pultaceam depoſuit: vires ſunt meliores; æger per intervalla pacate dormit & mentis hodie perfecte compos ad interrogata apte reſpondet; appetitus redit: potis hucusque pauca: veſpere deficiente gutt. arnic. decocto mucilago camphorata ulceri applicata eſt: nocte ſequente hæmorrhagiam ſat largam denuo paſſus eſt, quæ 11ma interdiu repetiit, & quam veſpere invisens ægrum ex parva arteria nudam tibiam ad palmi circiter diſtantiam ab articulatione cum oſſibus tarſi, perforante oriri cum

experto

experto Wallner vidimus: offi eo loco, ubi ſanguis per ſaltus erumpebat pulv. Myrrh. cum alumine inſperſum eſt: ulcus denuo fœtens pulvere camphoræ plumaceolis mucilagine camphorata humectatis excepto deligatum eſt.

13tia Parotis ſiniſtra incipit cum dolore intumeſcere. 14ta ad medii pollicis altitudinem elevata eſt: circa aurem dura, inferius circa angulum maxillæ inferioris mollis: pulſus debilior eſt, quam heri: abſumit hodie medicamenti dr. xv. noctu ſat bene dormit.

15ta Integre disparuit parotis: lingua ſolito humidior: magnum appetitum habet æger: ulcus ſuppurat, ut ante, & pulſus eſt, ut heri.

19na Bis valido frigore & tremore per mediam horam afficitur, dein calor magnus per horam ſequitur, copioſo ſudore ultra mediam horam durante finitur.

2oma

20ma Sera nocte denuo frigus cum emore ingruit, durat per bihorium calor ultra horam, quo remittente fuit: ſimilis paroxysmus 21ma circa meriem accedit: æger multum debilitatur, mius appetit: veſpere fuſceſſit ulcus, non ppurat: æger delirus eſt: pulſus debi, parvus, flaccidus: lingua ſicca: æger crementa inſcius in lectum dimittit.

23tia Ulcus denuo fuſcum, ſiccum t: minus tamen fœtens: tota tibia valde ſca. æger valde delirat: ſenſim magis bilitatur: & 27ma Decembris veſpere ſt ſextam moritur.

29na Luſtratum eſt cadaver: Proceſs falciformis, poſteriores cerebri lobos videns, tria oſſicula aſpera milii compreſſi agnitudinis ipſi cerebro impacta contins, ad longitudinem duorum pollicum & ſqui pollicis latitudinem in latere ſiniſtro m pia matre & hac mediante cum cor-

ticalibus gyris, ita firmiter concreverat, ut tantum cultro ſeparari potuerit: in latere dextro ſimilis concretio, ſed minus extenſa & absque officulis aderat: vaſa piam poſterio rum cerebri loborum perreptantia turgidiſ ſima: in reliquo cerebro nullum vitium de teximus: cerebellum autem erat valde mol le & in latere ſiniſtro tota ſubſtantia ipſius ad pollicis latitudinem in mucaginem fuſ cam, dilutam abiverat. Pulmones erant ſani: in ſinu & auricula dextra ſanguis gru moſus: in cordis dextro ventriculo poly pus magnus, facile in fruſta diſcerpendus in abdomine pancreas duriſſimum, fragile lien totus putrefactus, in liquorem nigrum redactus: vivente tamen ægro nullum un quam adfuerat ſignum hoc viſcus morbo af fectum eſſe: reliqua abdominis viſcera ſana

CASUS

CASUS DUODECIMUS.

Operarius 61 annos natus, 4ta Novembris tota die ſæpe cum tremore friguit: veſpere valde incaluit, & in magnam molem cum profundo dolore intumuit crus dextrum, cui ſempervivum contuſum applicatum eſt.

Sequenti die præter dolorem crus profunde occupantem ſibi ſat bene fuiſſe ait: cruris autem moles noctu multum increverat & ubique valde rubebat, quare, abjecto ſempervivo, mane & veſpere cruri fumum aromaticum admovit & intermedio tempore linteo crus texit.

23tia Novembris in externa ſuperiori ſuræ parte parva apertura ſponte facta eſt: unde quotidie aliquid purulenti effluxit: æger de die in diem vires magis perdens, ſumme emaciatus, doloribus & magna cru-

ris mole territus 6ta Decembris ad noſtrum Noſocomium curavit ſe veſpere deferri.

7ma Decembris crus examinans expertus Wallner cavum ad internam ſuræ partem penetrans detexit, quare, ut puri malæ notæ exitum pararet, in anteriori interna ſuræ parte integumenta uſque ad malleolum diſſecuit: injecta ſunt in ulceris cavum antiſeptica & totum crus iisdem involutum eſt præſcripſitque in mea abſentia ægro cort. Peruv. unc. ß. per diem.

Oſtendit mihi expertus vir 10ma Decembris ulcus, cujus labia & cavum fuſco nigro, livido colore variegata erant & paucam materiam fuſcam ſanie paulo ſpiſſiorem dabant: muſculi gaſtrocnemii, ubi per ſpatium trium circiter digitorum transverſorum a poplite deſcenderant, a ſoleo cellulosa conſumpta, uſque ad eum locum ubi in tendinem Achillis abeunt, ſeparati erant

tendo

tendo ipſe Achillis ad tuberoſitatem calcanei uſque a ſubjectis ſibi muſculis ſolutus, & ab illo aliquot faſciculi fibrarum tendinearum ſeparati cum carnoſa illi comite ſolei parte corrupti forcipe ablati ſunt. Cruris tumidiſſimi integumenta a genu ad apicem digitorum pedis uſque rubro-fuſca, calore tamen fere naturali prædita.

Æger carnibus conſumptis, viribus exhauſtis, ultimæ ſenectutis faciem præ ſe fert: pulſus flaccidus, valde irregularis, ſæpe intermittens: facies fuſco-viridis: oculi lividi, valde concavi; reſpiratio ſat bona: functiones naturales vix læſæ: ſomnus paucus. Dantur ipſi per diem pulver. rad. arnic. dr. VI. ſaturatum arnic. florum decoctum in cavum ulceris injicitur, eodem utrimque tegitur & involvitur totum crus.

12ma Crus minus tumidum eſt: coloris minus mali: ulcus pus ſubalbum, tenue dat.

13tia Pus eſt album, ſpiſſum, vix amplius fœtens: carnium color rubellus: facies lætior: vires meliores: pulſus ſolidus, fortior: appetitui aucto major ciborum copia concedi debet.

15ta Cum omnia depurata ſint, & crus valde collapſum, coloris naturalis, loco decocti flor. arnic. pro deligatione ſcopo ſarcotico mucilago camphora ſaturata adhibetur.

19na Pus male olet: tenuis eſt: flavescit: color carnium ad fuſcum accedit: tendo Achillis denuo gangrænescit: pulſus denuo flacceſcit, ſumme inæqualis eſt, & frequentius intermittit. Datur ipſi pulv. rad. arnic. unc. 1. per diem & lactis mens. β. incipit quotidie abſumere.

22da

22da Ulcus fere totum ſiccum, fuſcum : ab inferiore parte tendinis Achillis multa filamenta ſicca abſcedunt. Æger valde debilis eſt, delirus : præter rad. arnic. datur ipſi quotidie camphoræ dr. 1.

Æger ſenſim magis debilitatus 27ma Decembris veſpere moritur.

29. Cadaver luſtratur : dura mater invenitur ſana : piæ matris vaſa ſanguine ſupra hæmispherium cerebri dextrum valde turgida, interna piæ matris facies ruberrima, tota quaſi ſanguine intincta : circa medium cerebri hæmisphærium concretio piæ matris cum cortice cerebri, cujus gyri etiam inter ſe connati, granuloſa, ſecundum finum longitudinalem utrimque pollicem lata, ad trium circiter pollicum Pariſinorum longitudinem verſus lobos poſteriores extenſa : inter gyros poſteriores lobi dextri cerebri hinc inde ſanguis extravaſatus : omnes ven-

triculi cerebri aqua limpida pleni: plexus choroidei denſo hydatidum laticem tenuem continentium agmine tota ſua longitudine obſiti.

In pectore pulmones ſat boni: pericardium aqua contenta diſtentum: cor laxum, parvum, pallidum, maceratum, rugoſum: duæ valvulæ aortæ oſſificatæ. In abdomine hepar magnum extus & intus gryſeum; bilis multa, flava, tenuis; lien ſanus margine ſuperiori bis, & media parte anteriori ſemel, profunde crenatus: Omenti membranæ conſumpto omni adipe ſolæ reſiduæ: Meſenterium omnis quoque adipis expers innumeras glandulas, omnes ſcyrrhoſas oculis ſiſtit: pancreas duplo longius quam ſolet inveniri, inſulatim durum, ſcyrrhoſum; reliqua viſcera ſana.

CASUS

CASUS DECIMUS TERTIUS.

Viro toroſo 75. annos nato, nocte primæ ad ſecundam Decembris ſponte orta eſt macula livida in parte anteriore cruris dextri: circa mediam tibiam crus totum intumuit, durum evaſit: 8va Decembris ſponte apertum, ubi primo macula livida apparuerat, ſaniem fuſcam dedit. 10ma Decembris ad noſtrum Noſocomium delatus eſt.

Livor palmum circiter a genu incipiens uſque ad pedem totum crus duplo craſſius ſiniſtro occupabat: Epidermis in ſura & anteriore cruris parte in bullas elevata erat, quarum multæ jam ſeparatæ erant, relicta cute nuda, hinc inde nigra, alibi livida: crus frigescebat: pulſus erat ſat plenus & fortis: vires adhuc bonæ.

Expertiſſimus Wallner ulcus longitudinaliter dilatavit, ut medicamentis aditus in ſinus hinc inde ſub integumentis decurrentes pateret: Mucilagine camphorata ulcus & totum crus deligavit: data eſt ægro ſexies in die pulveris rad. arnic. dr. 1.

12ma Decembris totum crus colore obſcure rubro præditum multum detumuit, molle eſt: ulcus minus fuſcum, loco Ichoris, pus tenue ſubfusci coloris dat.

15ta Ulcus, totum purum, pus copioſum optimum dat. Ægro valde appetenti major ciborum copia conceditur.

17ma poſt prandium bono cum appetitu ſumptum febricitare cœpit & amiſit appetitum: continuavit leniter febricitare uſque ad 22dam Decembris, qua illum febris expertem, animi magis alacris inveni, & ulcus, quod per quatuor dies pus tenue dederat nunc ſpiſſiori pure iterum tectum: hodie incipit integram unciam radic. cum

vino

vino auſtriaco ſumere, quibus non obſtantibus ulcus ſenſim magis ſerpit : tibia denudatur. Æger 26ta Decembris veſpere multum febricitat : ſequentibus diebus febris continua manet, & veſpere fere ſemper eadem hora exacerbatur : ulcus denuo pus flavum dat, & æger appetitu carens valde moroſus, triſtis eſt.

2da Januarii miſſa fit arnicæ radix & datur ægro pulv. cort. Peruv. elect. unc. 1. diei ſpatio abſumenda : ſic per tres dies continuavit.

5ta Januarii inveni ægrum febricitantem ut ante, valde debilem : totum ulcus nigrum, ſiccum tantum hinc inde paucam ſaniem dat : integumenta reſidua cruris fuſca ſunt : tota tibia ad longitudinem. 6. pollicum Pariſinorum, excepta plaga floreni magnitudine, anterius nuda : æger a cortice pondus circa præcordia patitur : redditur illi pri-

or

or radic. arnic. dosis & missus fit cortex: ulcus, ut in principio, pergit deligari.

7ma Januarii gangræna non videtur ulterius serpere: ulcus totum humidum est, sanioſum, fuscum. Datur ipsi octies in die pulveris rad. arnic. dr. 1. ß. quam bene fert.

9na Januarii ulcus denuo ubique pus tenue, fœtidum dat, quod sensim melius factum, 14ta spissum, album invenitur: pulsus est collapsus, apyretos, sat plenus & fortis, respiratio naturalis: vires meliores: somnus sat bonus: appetitus manet deletus: alvus ab initio morbi naturalis: sitis pauca.

Continuat sic se habere æger usque ad 21mam Januarii, qua illum mane multum debilitatum cum pulsu parvo, molli, irregulari invenimus: facie collapsa, pallida: & ulcere minus bene suppurante.

Initio

Initio Februarii ad omnia indifferens cum pulſu parvo, tardo, lento, molli; reſpiratione rara; leni delirio medicamenta recuſavit: a biduo vinum, quod ad panem humectandum ipſi porrigebatur pariter recuſat: ſenſim magis magisque debilitatur: placide continuo delirat.

15ta Februarii mane hora tertia placide exſpirat: ulcus adhuc aliquam humiditatem ſervans non fœtet: 16ta Februarii ſectioni anatomicæ cadaver ſubjicitur.

Aperto cranio invenimus inter piam & duram matrem: & ſub pia matre ubique inter gyros cerebri aquæ rubellæ magnam copiam: corticem & medullam cerebri maceratam, flaccidiſſimam, & utramque ſubſtantiam pallide fuſcam: omnes cerebri ventriculos aqua plenos: proceſſus choroideos hydatidibus variæ magnitudinis valde obſitos: inter tentorium & cerebellum multam

aquam

aquam : cerebellum pariter multo mollius, quam ſolet inveniri.

In pectore pulmones ſaniſſimos, collapſos : Mediaſtinum valde pingue ; Pericardium pinguedine obſitum, aqua limpida plenum ; cor magnum, pingue : ex ſinu dextro concretio polypoſa in ventriculum pergebat, inter columnas cordis ubique parietibus firmiter adhærens : in ventriculo ſiniſtro, trunco & initio ramorum aortæ ſanguis grumoſus, compactus, in arteriis in formam rotundam configuratus erat : in abdomine hepar magnum, coloris extus cinerei, intus fere naturalis : lien magnus quatuor offícula irregularia lineam lata, circiter duas lineas longa, crenata in ſua membrana continens, in magma pultaceum, tenue, argillácei fere coloris totus reſolutus ; ventriculus intus & extus naturalis : reliqua viſcera ſana.

Tibia

Tibia diviſa exhibuit cavum perioſteo uo orbum : os interne carioſum , medul- am totam in pultem tenuem , nigram im- nanis fœtoris redactam : hic probabilius rima fuit morbi origo.

COROLLARIA.

Valde magnam radicis arnicæ doſin abs- que incommodo diu ferunt ægri putridis norbis affecti : atque in nullius eorum, qui nagnam doſin ſumpſerant, cadavere inven- us eſt ventriculus vel minime læſus.

Fomite putrido etiam magno in cor- ore præſente & ita incluſo , ut per partes bſorberi quidem & Maſſæ humorum mis- ceri poſſit , nullo modo vero e corpore in- tegre eliminari valeat , ægros diu ſervat in vita , humores contra reſorbti putridi vires deleterias muniendo.

Cæ-

Cæterum hi casus confirmant, quæ ex binis præcedentibus capitibus deducta sunt corollaria, docentque, putridam quidem acrimoniam a radice arnicæ vinci: non autem omnem aliam, quæ in corpore præexstitit, & putredinis forte causa fuit: talis enim acrimoniæ correctio aliis ipsi oppositis remediis tentari debet.

FORMULÆ.

No. 1. ℞. Flor, Arnic. unc. 1.

Inf. s. q. Aq. fervidæ per ½ hor. vase clauso dein per medium ¼ hor. ebulliant. Colat. lib. II.

Adde

Syr. Capill. vener. q. s. ad gratiam.

M.

S. omni bihorio diei sumat unc. II.

No. 2. ℞. Flor. Arnicæ unc. I.

Inf. cum aq. fervid. q. s. per ½ hor. vas clauso

auſo colat. lib. II. adde ſyr. flor. chamom.
nc. II.

M.

S. uſus ut prioris.

NB. His binis Infuſis talia ſecundum
dicationem addi poſſunt, quæ & medica-
entum gratius blandiusque reddant, &
miam in ventriculo fermentationem mo-
rentur, ac ſubinde talia addi debent, ut
gri præcipue delicatuli facilius ferant & li-
ntius ſumant.

No. 3. ℞. Pulv. flor. arnic. dr. VI.
Mellis q. s.
M. fiat Electuarium molle
Bidui ſpatio abſumat-

lo. 4. ℞. Pulv. flor. arnic. dr. IX.
Mellis q. s.
Ut fiat Electuarium molle bidui ſpatio
bſumendum.

Sic hoc medicamentum, quod valde e
ficax eſt, frequenter ægris Noſocomii,
parcerem expenſis, quæ alias ſat magn
ſunt, exhibui: melli ſubſtitutus eſt ſyr
pus aliquis, ubi ægri mel non ferebant,
ſi medicamentum hac forma recuſabant al
methodo ipſis exhibebatur.

No. 5. ℞. flor. arnic. dr. II. coq. p
¾ hor. cum aquæ q. s. vaſe clauſo. Cola
unc. V.

Adde

Aq. Cinn. bugloſs dr. I.
Succi Citri dr. II.
Syr. Capill. vener. unc. II.
vel etiam unc. III.

M.

S. omni ſesqui hora vel bihorio du
cochlearia.

Hoc vel ſimili modo infantibus 4 a
norum uſque ad 7mum & 8vum ætatis a

num

um febribus intermittentibus affectis gra-
ım reddidi medicamentum.

No. 6. ℞. Folior. arnic. unc. ii.
oq. c. aq. q. s. per ¼ hor.
olat. lib. i. adde

Syr. Rabes. unc. ii. vel unc. iii.

M.

S. diei ſpatio diviſis doſibus abſumat
ger.

Hoc medicamentum, licet in morbis
ıtridis efficaciſſimum, nullum ægris in-
ɔmmodum parit, & omnes facile ſumunt.

No. 7. ℞. Pulv. radic. arnic. unc. ii.
igere in Phiala alta Balneo Arenæ adap-
ta, exacte clauſa, per 12 horas cum aq. s.
. colat. unc. xxx.

Adde Syr. Alth. unc. iii.

M.

S. ſumat æger omni ſesqui hora vel
mni bihorio unc. ii. vel unc. iii. prout ca-

ſus majorem vel minorem vim medicamen
antiſeptici & roborantis exigit.

Huic Infuſo ſuccus citri, acetum, ſp
ritus vitrioli vel vinum ad mutandum ſap
rem, ſi ſtatui ægri conveniant, addi po
ſunt : vel radix in mero vino eodem m
do infundi, ac in aqua infuſa eſt.

FINIS.

AP.

APPENDIX

IN

QUINQUE PARA-

GRAPHOS DIVISA

Experimenta de Putrefac-
ione & de Arnicæ præci-
uorumque cognitorum an-
iſepticorum variis Encheiri-
ibus inter ſe comparatorum
irtute in ſubſtantiis anima-
ibus vita orbis putredinem
emorante, ac in iisdem jam
natam corrigente, ſubjunc-
taque cuilibet §o pauca co-
rollaria continens.

APPENDIX.

§. I.

UTREFACTIO SIVE FERMENTATIO PUTRIDA.

Feliciter peractæ variorum putridorum morborum curæ nullum quidem de magna vi antiseptica arnicæ ægris exhibitæ dubium reliquerunt: cum autem plantam ditionum australiacarum & plurium germaniæ regionum incolam, præcipuorum exoticorum Medicamentorum vires in corpore humano æquantem, & multis in casibus superantem, non leve emolumentum saluti ægrorum & publicæ œconomiæ allaturam sperem; nihil quod vires ipsius magis evidentes reddere possit, negligere volui: atque Illustris ce-

leberrimæ Societatis Regiæ ſcientiarui
Londinenſis præſidis, Doctiſſimi *Pring*
cui Medicina plurima & Doctrina & util
tate plena debet, methodum ſecutus
me ad ulterius ipſius vires patefacientia e:
perimenta inſtituenda accinxi: etenim pr
ma intentio mihi fuit, an arnicæ partes v
ribus vitæ non adjutæ per ſe putredine
corrigerent? probandi: quibusdam ve
experimentis de illarum, etiam extra co
pus humanum antiſepticitate convictus, e
cum præcipuis antiſepticis comparare, do
trinamque Illuſtris Pringle a celebr. & do
tis viris Macbride & Gaber illuſtratam
ulterius progrediendo, ampliare, & vir
antiſepticorum ſub variis Encheiriſibus int
ſe comparatorum ulterius & exactius d
terminare conatus ſum. Ut facilius & ſecu
rius de ſubſtantiarum putrescibilium a pu
tredine præſervatione, & putridarum op
Medicamentorum correctione judicare po
ſem:

ſem : experimenta, quæ ſenſibus propriis, & modum, quo partes animales ad experimenta adhibenda putrefiunt, & fermentationis putridæ producta, quantum fieri poteſt, patefierent, præmiſi. Veritatem unice quæro, contentus, ſi hi labores mei alicujus utilitatis ſint, & libenter a quovis qui naturæ penetralia propius acceſſerit, corrigendus.

EXPERIMENTUM I.

Binis hominibus ob plethoram nimiam mittitur ſanguis : cuivis educuntur ſanguinis circiter unc. XII. cujuslibet ſanguis in ſeparatum vitrum fluit : quod ſubere clauditur : & latum ac pollicem altum vitri collum circum & ſupra Epiſtomium ad ſesqui pollicis altitudinem argilla madefacta tegitur : rimæ exſiccatione factæ nova argilla implen-

tur, donec nulla amplius fiat: vasa stant in calore ut plurimum 90. graduum secundum Thermometrum Fahrenheitianum, quo ad omnia sequentia experimenta usus sum, mensurato.

4ta die sanguis in utroque vase incipit fermentare.

5ta die vivida fermentatio adest: initio sextæ diei contentus in uno vase sanguis, relictis crassis grumis, in cucurbitam B. M. insidentem per Alembicum destillatus dedit spirit. dr. IV. reliquum in massam solidam, pallide flavam abivit.

Hic Spiritus cum spiritu vitrioli subtilem, sed attento oculo Manifestam effervescentiam, superficiem forma pulveris tenuis sat diu petente aeris nubecula subit. Sanguis alterius vasis continuavit vivide fermentare usque ad 16tam a missione diem: dein fermentatio sansim minuta 20ma die penitus cessavit: qua finita sanguis eodem, ac pri-

or

or, modo deſtillatus ſpiritum dedit, qui ſtrepitoſam, ſpumoſam, & fumantem cum acidis efferveſcentiam ſubivit: caput mortuum paulo minus tenaciter cohærebat, quam prioris ſanguinis.

EXPERIMENTUM 2.

Sanguinem tribus hominibus Pheuritide affectis miſſum valde Phlogiſticum in tribus vaſis rite obturatis aſſervavi.

Sub finem tertiæ ab aſſervatione diei ſanguis in omnibus vaſis incipit fermentare. 5ta die valde fermentant: qua elapſa ex uno vaſe, ubi fermentatio omnium vividiſſima & grumi craſſi in & ſupernatant, pars fluida, relictis grumis, in parvam cucurbitam immiſſa deſtillationi ſubmittitur: ſpiritus inde eductus cum ſpiritu vitrioli ſat vivide efferveſcit, & colorem ſyr. violar. in pallide viridem mutat.

16ta die poſt ſanguinis miſſionem in 2do vaſe ceſſavit fermentatio : ſanguis unc. x. circiter æquans, ut prior, deſtillatus eſt : in recipiens tranſierunt ſpirit. dr. IX. gr. XX. qui affuſo ſpirit. vitrioli cum ſtrepitu & multa ſpuma efferveſcit, & ſyr. violar. magis viridem reddit, quam prior : caput mortuum tenaciter cohæret.

Sanguis tertii vaſis qui maxime phlogiſticus erat, uſque ad 24tam ab aſſervatione diem continuat fermentare. Poſt fermentationem per 4. dies in eodem ac ante calore, relinquitur, dein deſtillatur : circiter eadem ac ex præcedenti ſpiritus copia obtinetur : qui & efferveſcentia cum acidis & mutatione coloris ſyr. violar. multo magis alcalinum ſe eſſe demonſtrat, quam præcedens : caput mortuum paulo minus tenaciter cohæret, quam præcedentis.

EX-

EXPERIMENTUM 3.

Seri a ſanguinis phlogiſtici valde compacta placenta ſeparati unc. x. in vaſe conoideo rite clauſo aſſervavi.

6ta die ſedimentum copioſum puriforme vaſis fundum occupat : incipit fermentatio, quæ ſeptima die vividiſſima eſt.

10ma die continuante vivida fermentatione major pars deſtillatur : fere tota maſſa in coagulum abit : qui inde educitur ſpiritus ſubtilem effervescentiam, denſo tamen aeris forma pulvisculi tenuiſſimi ultra horæ minutum ſuperficiem petente agmine manifeſtam ſubit : colorem vero ſyrupi violarum parum mutat.

13tia die reſiduum ſerum ceſſat fermentare : valde viride & turbidum eſt : & multum ſedimentum puriforme depoſuit.

16ta minus turbidum eſt : ſenſim aucto ſedimento magis clarificatur.

19na

19na prius agitato vaſe totum reſidu
um ſerum in parvam cucurbitam immiſſun
deſtillatur, quamdiu in lagenulam recipien
tis vices agentem aliquid tranſit: obtinetu
ſpirit. unc. I. qui ſtrepitoſe cum ſpiritu vi
trioli effervescit, & ſyrupum violarum fe
re æque viridi colore tingit ac ſpirit. ſal am
mon. reliqua maſſa ſub prima aquæ ebull
tione in coagulum, albuminis ovi inſtar ab
ivit.

EXPERIMENTUM 4.

Seri ſanguinis valde phlogiſtici a placent
compactiſſima nullum globulum rubrum d
mittente ſeparati unc. VI. in lagenam ſpha
roideam quæ circiter liquidi unc. IX. capei
potuiſſet, infudi: Placentam ejusdem ſan
guinis unc. VII. ponderantem in vas ordin
rium vitreum immiſi; vaſa rite obturata
ſtrato argillæ tecta in ordinario cubiculi m

calore

calore relicta sunt: serum brevi sedimentum puriforme incepit deponere & parum spumescere: motum autem intestinum (probabiliter, quia vasis figura minus apta erat ad motum fermentatorium visui sistendum) nullum observari. Post 30 dies destillatione per Alembicum spiritus putridi unc. 1. gr. xxx. obtinui. Reliquum in coagulum compactum pallide virescens abiit: Spiritus 15. aquæ partibus dilutus pacate, manifeste tamen cum Acido vitrioli adhuc effervescit: 18. aquæ partibus mixtus cum Acido nullum amplius effervescentiæ signum dat.

Placenta magna ex parte dissoluta 10ma ab asservatione die incepit visibiliter fermentare: continuavitque per 15. dies. Post 30 dies fermentatione jam a 5 diebus finita per Alembicum spirit. unc. 11. β. qui 18 aquæ partibus dilutus cum acidis adhuc manifestum effervescentiæ signum Nubecula pulverulenta superficiem liquidi petente

dat:

dat : pluribus aquæ partibus admixtus ab adfuſo vitrioli acido nullam mutationem o culo ſenſibilem patitur. Caput mortuum ſiccum & fuſcum erat, in tenues maſſula friabiles diſſolutum.

EXPERIMENTUM 5.

Bilem humanam in lagena rite obturat per 20 dies aſſervata ; dein deſtillata ſpiri tum dat, qui cum acidis vivide efferveſcit & 8 aquæ partibus dilutus adfuſo guttatin vitrioli ſpiritu manifeſta adhuc efferveſcen tiæ indicia exhibet. Hoc experimentum a liquoties cum bile variæ conſiſtentiæ repe tii : patuitque Bilem, quo ſpiſſior eſt, e magis alcalinum ſpiritum exhibere: nunquan autem oculo patentem fermentationem ſub ire.

EX-

EXPERIMENTUM 6.

Carnis Bovis triduo ante, mactati in frula dr. II. & dr. I. dilectæ unc. V in vas itreum immiſi: adfuſis aquæ puræ unc. '. vas ſubere exacte obturatur: & ſuperpoſito denſo argillæ madefactæ ſtrato in care fere continuo 80 gradus thermometri ahrenheitiani ſuperante relinquitur.

8va die caro valde tumida ſuperiora enet, multa ſpuma tecta.

Elapſis ab aſſervatione 15 diebus liuidi carnem denuo ſubſidentem ambientis nc. IV. more ſolito deſtillatæ ſunt, donec r. IV. β. ſpiritus fœtidiſſimi in recipiens afculum tranſierint: hic ſpiritus vehemens efferveſcentia cum Acidis videtur ſpiritum C. C. ſi non ſuperare, ſaltem æquare: o aq. partibus dilutus adhuc Nubeculæ ulverulentæ forma multum aeris adfuſo piritu vitrioli ad ſuperficiem mittit: 50.

demum aquæ partibus mixtus nullum ar
plius effervescentiæ signum prodit.

EXPERIMENTUM 7.

Carnis bubulæ in frusta dr. II. disse
unc. II. dr. VI. adfusa aqua in vase vitr
subere tantum clauso per 54 dies commis
sunt. Vas primis 12 diebus in cubiculo c
lefacto stetit; dein ob fœtorem ad aliu
locum ubi mercurius in Thermometro sup
punctum congelationis 5 vel 6 subinde pa
ciores gradus ascendebat remotum est : i
per 21 dies putrida effluvia continuavit e
halare : dein vas ad cubiculum calidu
denso Argillæ strato suberi superposito
exhalatio ulterior impediretur, translatu
per 21 alias dies ibi relictum est : quib
finitis liquidum carnem ambiens & ex c
ne valde flaccida expressum, secundu
mensuram unc. III. β. æquans, per Ale
bicum

icum deſtillatum eſt. Prima Liquidi unc. in ſeparata lagenula collecta eſt: 2da miuncia iterum. 3tia Lagena Roſtro Ambici applicata manſit quamdiu gutta liidi prodiit; quod in hac unc. 1. ponderbat: ſic obtin i liquidi fœtidiſſimi unc. II. rimum 30 Aq. partibus dilutum cum Acis manifeſtam oculo attento efferveſcentin ſiſtit: ſecundum 24 & tertium 12 tanm additis aquæ partibus eandem effervesntiam ſubeunt ac primum.

COROLLARIA.

Ex hisce Experimentis concludi poſſe idetur,

1mo Sub putrefactione omnium parium animalium ſalem alcalinum generari.

2do Sanguinem valde facile in fermentationem putridam ruere, dum ſero ſuo ilutus eſt.

3tio Alcali poſt fermentationem nc
diu continuatam in ſanguine putreſcente ja
adeſſe : licet paucum de craſſamento diſſ
lutum ſit.

4to Alcali quantitatem ſub motu i
teſtino putrefactorio de die in diem maj
rem fieri.

5to Finita etiam per plures dies fe
mentatione immutatum in ſubſtantia putr
facta permanere : ſi vas rite clauſum ſit.

6to Craſſamentum ſanguinis plus ſp
ritus putridi illumque magis alcalinum ſu
peditare, quam illius ſerum.

8vo Carnem omnium maxime alcal
num ſpiritum putrefactionis ope ſuppedit
re ; bilem vero omnium minime.

9no Male concludi de abſentia ſal
alcalini in ſubſtantiis putreſcentibus ob d
fectum efferveſcentiæ cum acidis ; nam u
tra modum dilutus ſpiritus alcalinus nc
amplius efferveſcere poteſt, licet fœtor a

cali

ali præſentiam, plusquam ſatis eſt, conti-
uet manifeſtare : adhuc multo minus ne-
ari poteſt alcali præſentia ob defectum mu-
tionis coloris cærulei ſuccorum vegetabi-
um in viridem : nam dum alcali non ultra
odum dilutum eſt, ab adfuſis acidis mo-
m efferveſcentiæ adhuc obſervat attentus
culus, dum vix mutationem coloris in ſuc-
s cæruleis advertit.

10mo Valde probabile eſſe alcali in ſub-
antia putreſcente generari, quamprimum
cipit fœtere : licet experimentis chymicis
b nimis parvam copiam patefieri nequeat.

11mo Sanguinem phlogiſticum æque
utreſcere, ac non phlogiſticum: atque fer-
ientationem putridam in illo diutius durare
uam in hoc.

12mo Quamdiu ſubſtantia animalis non
ſt integre in ſua principia reſoluta, illam a-
olantem forte ſalem, novi regeneratione
eſarcire : ut patet ſeptimo experimento,

ubi non obſtante valde diuturna ſpiritus pu
tridi exhalatione liquidum tamen valde alca
linum obtentum eſt, quod procul dubi
multo magis alcali ſaturatum obtinuiſſemus
ſi exhalatio impedita fuiſſet.

13tio Spiritum ex liquido carnem pu
tridam ambiente obtentum nulla aeris fi
ab aliis corporibus educti admixtione ind
gere, ut vehementer cum acidis efferveſca

§. II.

PRÆSERVATIO CARNIUM A PUTREDINE.

EXPERIMENTUM 8.

Vigesima tertia Octobris anni 1773. quatuor vasa vitrea conica, qualibus hyemali tempore bulbi Narcissorum, Hyacinthorum &c. aqua impletis superponi solent, ut præmatura vegetatione flores producant, sumpsi: (a) in quodvis horum ejusdem carnis bubulæ frustum æqualis figuræ dr. 11. ponderans dimisi: dein primo vasi pulver cort. Peruv. electi. dr. 11. Secundo pulver. rad. arnic.

(a) Per totum horum experimentorum decursum talibus vasis usus sum, ubi alia adhibui, monui.

dr. 11. & Tertio pulver. florum arnic. di
11. additæ sunt. Quarto nihil. Dein i
quodvis vas aquæ calidæ unc. VIII. infus
sunt: ut media circiter vasorum pars va
cua maneret: vasa charta manu collis vasc
rum appressa tecta sunt, & hoc finito in cu
biculo moderate calente media undecim
matutina relicta sunt.

24ta Octobris contenta lagenæ No. 4
sive exemplaris mane nihil putridi exhiben
quarta autem pomeridiana fœtor adest, &
paucum sedimen album in vasis fundo: de
feruntur omnia vasa in meum cubiculum.

Calor a 7omo ad 9omum Thermome
tri gradum sæpe ascendebat & sæpius 8omu
æquabat. (*a*)

25ta Exemplaris liquidum rubet; va
de fœtet.

26ta

(*a*) In hoc caloris gradu, nisi quando aliter n
tatum est, omnia hæc experimenta facta sunt.

26ta Color ruber in flavum mutatur; Pellicula pinguis, splendens liquidi superficiem occupat. 27ma minor fœtor: 28va totum liquidum viride est; sedimen album flocculentum inæquale habet & valde fœtet. 29na Pellicula superficialis bullis flaris cæruleis, purpureis variegata est: omnia fere in eodem statu manent usque ad diem Novembris, qua mane liquidum fermentans, carnem supernatantem, spumam supra liquidum nunc fuscum, totum vas implentem inveni.

3tia Novembris tantum ad latera vasis paucum spumæ supereſt: liquidum ut heri fuscum: caro adhuc supernatat: ob ingentem quem spargit fœtorem, evacuatur lagena.

Vas corticem cum carne continens 5ma Octobris incipit per vices auram putridam, dum aperitur efflare, quæ vase per

unum vel duo horæ minuta, aperto vel agitatione vasis disparet.

9na Novembris liquidum valde spumat, fermentat, continuo fœtet. 10ma spuma & fœtor ut heri, caro supernatat. 11ma spuma disparet: caro in superficie manet, continuans fœtere usque ad 19nam Novembris, qua ad fundum cadit fœtore multum minuto: qui tertia Decembris valde parvus erat: lagena dein evacuata est.

Vas cum radice arnicæ 10ma Novembris in superficie liquidi limpidi tenuem pelliculam habet albam: odor gratus quotidie invenitur usque ad 20mam Novembris, qua & liquidum & caro odorem acescentem habet. 22da Novembris mucidum aeris per aliquod tempus non renovati spirat odorem, caro autem adhuc firma est. 24tâ mixtura incipit fermentare; caro laxa est; acidum spirat. Prima Decembris fermentatio est vivida, sera vespera caro supernatat; odor

acidus

acidus putrido mixtus valde nauſeoſus. 3tia Decembris caro adhuc ſuperficiem tenet: odor minus fœtidus: evacuatur vitrum.

Mixtura cum pulvere florum 10ma Novembris incipit fœtere. 20ma multum fœtet: caro adhuc conſiſtentiam naturalem habet. 24ta laxa eſt caro: mixtura fermentat: fœtet ut ante. 3tia Decembris fœtor charta tantum tecto vaſe effluviis putridis difflatus, ut in duobus aliis vaſis minutus eſt: purgatur vas.

EXPERIMENTUM 9.

Decima ſeptima Novemb. veſpere, ne forte ſpontanea cortic. rad. & flor. arnicæ degeneratione deceptus Phœnomena apparentia putredinis carni immerito tribuerem, cujusvis dr. ii. in ſeparatis lagenis aq. calidæ unc. vi. affudi: in ſeptem alias ſeparatas lagenas cu-

jusli-

bet

juslibet sequentium cum eadem aquæ quantitate infudi dr. II.

No. 1. Pulv. Cortic. Peruv. elect. dr. II.

No. 2. Rad. Arnic.

No. 3. Flor. Arnic.

No. 4. Rad. Contrajervæ.

No. 5. Valerianæ.

No. 6. Serpentariæ Virg.

No. 7. Flor. Chamom.

In quodlibet horum septem carnis babulæ consistentia & substantia æquale frustum quantum fieri potuit in omnibus ejusdem magnitudinis & figuræ dr. II. exacte ponderans filo alligatum immisi: vasa dein charta circum cujusque vasis collum deorsum compressa tecta sunt, & in mensam in medio cubicuculo stantem ita dispositа, ut omnia eundem a fornace calefacta caloris gradum reciperent, & æquale refrigerium aperta porta vel fenestra experirentur: calor cu-

biculi

piculi fere toto experimenti tempore ultra gomum gradum ſuſtentatus eſt.

18 Novembris.

Caro in omnibus vaſis, excepta illa, quæ in Chamomilla hæret, & valde flaccida eſt, firma invenitur.

19 Novembris.

No. 2. Spuma circum latera vaſis adeſt: bullæ aeris ſuperficiem petunt. No. 3. valde ſpumat, fermentat, pulvis fere totus in ſuperficie. No. 4. paucam ſpumam in ſuperficie habet. No. 5. Pellicula pinguis liquidi ſuperficiem tegit. No. 6. ſpuma in ſuperficie liquidi, vaſis latera cruſta pingui obducta. No. 7. Fermentat ut No. 3.

20 Novembris.

No. 1. Circum vaſis latera multæ bullæ aereæ, motus inteſtinus adeſt: bullæ aereæ confertæ circum vaſis latera, liquido paulisper moto denſum tenuium bullularum agmen ſuperficiem petit; in exemplari tenuis

nuis pellicula, alba, abrupta liquidi ſuperficiem tenet. No. 3. Caro ſubſidens : motus fermenttoarius magnus. Exemplar pelliculam pinguem coloris ferrei in ſuperficie habet; non fermentat. No. 4. hinc inde bullulæ aeris in ſuperficie. No. 5. Bullas aeris circa vaſis latera habet; leniter motum liquidum multum aeris ſurſum mittit. No. 6. Pelliculam pinguem pallidam in ſuperficie liquidi habet ; ſpumam multam circa vaſis latera : moto vaſe bullæ aeris magnæ, multæ ſuperficiem petunt. No. 7. Fermentatio vivida, quaſi ebulliret Infuſum ; caro in fundo vaſis manet.

21 Novembris.

No. 2. Motus inteſtinus minor. No. 3. Mane refrigerato per noctem cubiculo in quiete erat ; agitato vaſe & calore cubiculi motus inteſtinus reſuscitatus veſpere adhuc continuat. No. 4. Inſulæ pingues, pro magnitudine ſuperficiem liquidi tenent;

moto

moto vaſe aer multus ſuperiora petit. No. 5. Vaſis parietes interni cruſta alba, pingui obducta ſunt: a levi motu multæ aeris bullæ extricantur: membranulæ multæ pingues in pulveris ſuperficie. No. 6. liquidi ſuperficies pingui denſa argentei coloris pelle tecta eſt: a levi motu multi pariter aeris adſcenſus. No. 7. Fermentatio pergit eſſe vivida.

22. Novembris.

No. 2. & No. 3. ceſſavit motus inteſtinus utriusque odor multo gratior eſt quam ante fermentationem. Exemplar cortic. Peruviani pelliculam albam maculis flavis interſtinctam in ſuperficie liquidi gerit: Radicis arnicæ valde gratum odorem habet: Florum Infuſum grati quoque odoris eſt, & particulas aliquot parvas, albas in ſuperficie habet. No. 4. Turbatur liquidum: illi pellicula pinguis denſa ſupernatat; odor tamen amœnus eſt, & nullus amplius aer

ſub

ſub leni agitatione extricatur. No. 5. motus inteſtinus nullus; pelliculæ latæ numeroſæ in liquido ſuſpenſæ ſunt. No. 6. moto vaſe multus aer extricatur pellicula denſa liquidi ſuperficiem tegit: latera vaſis ſpuma multa occupat: Caro fuſca & quæ in omnibus aliis vaſis firmitatem variam habet in hac valde flaccida eſt, No. 7. leniter adhuc fermentat: odor multo amenior eſt ac in principio.

23. Novembris.

No. 1. Caro valde aſpera contracta eſt, ſuperficiem liquidi aliquot particulæ mucidæ albæ tenent. No. 4. Præter membranam pinguem in ſuperficie liquidi odorem aceſcentem habet: caro muco tecta eſt & flaccida. No. 5. Floccos copioſiores in liquido ſuſpenſos habet: caro firma mucagine tecta, acidum ſpirans. No. 6. Spuma lurida, caro flaccida, fœtens. No. 7. Odor

adhuc

adhuc eſt gratus, pellicula pinguis in ſuperficie : caro valde flaccida.

24. Novembris.

N. 1. Liquido particulæ mucidæ majores ſupernatant : caro mucidum habet odorem : Exemplar vero aceſcit. No. 2. Odor optimus ſicut & exemplaris: caro firma, ſolida. No. 3. in liquido aliquid pulveris ſuſpenſum eſt : ſubin aeris bullulæ ſuperficiem ſponte petunt : caro minus firma ac in radice, eandem conſiſtentiam habens ac dum impoſita fuit. No. 4. Spuma latera vaſis occupat : pellicula reliquam ſuperficiem tegit : flocculi multi liquido innatant ; aeris tenues bullulæ moto parumper vaſe denſo agmine aſcendunt : caro flaccida, pallida, olfactui quid putridi offert. No. 5. heſterna corruptionis ſigna augentur. No. 6. Fermentat leniter : caro ſupernatat flaccidiſſima, fœtens, & pellicula pinguis, denſa interrupta. No. 7. Odor mixturæ & lotæ

flaccidiſſimæ carnis acetum vappidum referens : bullæ aeris per intervalla ſponte extricatæ exſurgunt.

25. Novembris.

No. 4. Multus aer extricatur : caro ſenſim magis corrumpitur. No. 5. Fermentat : caro fœtet. No. 6. Caro in ſuperficie liquidi prioribus magis fœtida.

26 Novembris.

No. 1. Ut nudius tertius. No. 2. Caro firmior quam numero primo. No. 3. Ut ante. No. 6. Caro adhuc ſuperficiem tenet.

27 Novembris.

No. 3. Caro multo laxior eſt, quam dum impoſita fuit. No. 4. Supernatat caro : odorem ex acido putridoque mixtum ſpirans : reliquam liquidi ſuperficiem cruſta mucida, rugoſa tegit. No. 5. Caro pariter ſupernatat : eundem ac No. 4. odorem habet : foeces multæ in ſuperficie liquidi. No. 6. Caro ſubſidet valde fœtens, œdematoſa.

No.

No. 7. Multa mucedo in ſuperficie liquidi: odor carnis & infuſi mutatus.

29 Novembris.

No. 1. Caro œdematoſa, veſtigii digito impreſſi tenax, odoris extranei. No. 2. Caro firma. No. 3. Caro mollis digitis preſſa foveam non retinet. No. 7. Caro œdematoſa, digito impreſſi veſtigii tenaciſſima, putridum redolens.

1. Decembris.

No. 1. Carnis & mixturæ odor ingratiſſimus, non deſcribendus: exemplar ſaporem acidum linguæ cum adſtringentia imprimit, corticem minus redolet. No. 2. Odor gratus, penetrans, ut in exemplari. No. 3. Odor ſaturatior & penetrantior ac in exemplari. No. 4 & 5to caro adhuc ſupernatat: nullus amplius motus inteſtinus.

2 Decembris.

No. 1. Ad minimum vaſis motum aeris bullæ cum particulis pulveris aſcendunt:

liquidi color, qui in exemplari adhuc fuſcus eſt, pallescit.

3 Decembris.

No. 1. Fermentat, vix amplius corticem redolet.

4 Decembris.

No. 1. Motus inteſtinus ceſſavit : caro tumida, œdematoſa, mollis, odoris ingrati. No. 2. Caro firma, non tumens, odoris grati. No. 3. Odor bonus, caro laxa quidem, ſed non tumida : No. 7. Odor eſt vere putridus : caro ſupernatat : hinc cum numeris 4. 5. 6. evacuatur lagena.

6 Decembris.

No. 1. Liquidum & caro odorem vere putridum ſpirant : Exemplar odorem debilem Corticis cum aceſcente adhuc exhalat : No. 2. Carnis & liquidi odor gratus: caro parum intumescit : No. 3. Caro tumet: mucedo multa ſupernatat : odor carnis & liquidi

quidi mucidus, qui in exemplari eſt adhuc gratus, fortis.

7 Decembris.

No. 3. Mediam liquidi ſuperficiem cruſta mucida tegit: latera vaſis ſpuma occupat: ad minimum vaſis motum denſa bullularum cohors ſuperficiem petit, pulverem ſecum abripiens: odor carnis eſt, ſicut aeris diu ſtagnantis.

8 Decembris.

No. 3. Fermentat: caro levior facta elevatur & 10ma Decembris adhuc multus aer extricatur: caro autem in fundo vaſis jacet.

15 Decembris.

No. 1. Liquidum turbidum eſt: in ſuperficie ſpumoſum: intolerabilem graminis putrefacti odorem exhalat: Exemplar fermentat, in ſuperficie ſpumat & odorem magis gratum, quam ante, habet; No. 2. liquor opacus pallidus: odor gratus. No.

3. odorem aceti vappidi habet: exemplar adhuc grate olet.

18 Decembris.

No. 1. Caro, ut ante, tumida, laxa, fœtorem valde putridam ſpirans; Exemplar ceſſavit jam heri fermentare, & non fœtet. No. 2. Caro vix tumet: preſſa ſtatim ſe reſtituit, non fœtet: Exemplar odore forti, grato, aromatico gaudet. No. 3. Caro acidum redolet quaſi aceto infuſa fuiſſet; multa mucedo in ſuperficie liquidi: Exemplaris odor gratus.

20 Decembris.

No. 1. Putredo vera (*a*) No. 3. Odor putridus. No. 2. Odor liquidi & carnis gratus evacuantur vaſa.

(*a*) Cum viderim flores & radicem arnicæ in hiſce binis experimentis corticem Peruvianum vi antiſeptica præſervatoria ſuperare, licet & pulchri corticis quo in his experimentis uſus fueram in ægris effectus & magna, quo ſcatet Principii gummoſi valde amari valida

EXPERIMENTUM 10.

Cupidus videndi quanto antiſepticitatis gradu gaudeant cortex Simaroubæ, Radix

 Ipeca-

valida adſtrictione imbuti copia nullum de ipſius bonitate dubitandi locum relinquerent: ex quatuor aliis pharmacopæis pulverem Cortic. Peruv. elect. præſcripſi: cujusvis dr. 11. cum aq. unc. VI. in ſeparatis vaſis & eandem corticis mei ordinarii doſin cum eodem aquæ pondere infudi. Dein in quodvis infuſum fruſtum carnis bubulæ dr. 11. ponderans filo annexum immerſi & examinavi fere quotidie, donec in omnibus caro putridum fœtorem proderet: quod in omnibus eodem tempore accidit: ita ut nullam inter corticem ex quinque pharmacopæis deſumptum invenerim differentiam.

Poſtea vir quidam expertus, qui effectuum arnicæ in ægris, ex quo illa utor teſtis fuit, & plura experimenta cum carne viderat, corticem ſic dictum Hiſpanicum vel Aulicum viribus antiſepticis arnicam certo ſuperare objecit: Expertus & indefeſſus Pharmacopæus aulicus Dominus Kayſer, qui exacta cum optimis medicamentis Pharmacopææ inſtructione nemini ſecundus eſt, cupidus etiam ipſe

Ipecacuanhæ & Rheum electum, sumpsi cujusvis pulveris dr. I. β. in vas separatum & cuilibet aquæ calidæ unc. III. affudi. Dein in

sciendi, an præfatus cortex alteri electo cortici palmam præripiat? mihi illius bonam dosin dedit, ut cum illo experimenta facere possem: Quare an quid differentiæ inter hunc ex majoribus arboris ramis desumptum & illum, quem dicimus electum, & ex mediocribus minusque antiquis ramis desumi videtur, intercedat, exploraturus. cujusvis dr. II. cum aquæ unc. VI. infudi: in utrumque vas frustum carnis omni modo quo ad dimensiones æquale, filo annexum, dr. II. ponderans 11ma Februarii immersi: vasa subere clausa & charta tecta in cubiculo tantum ter in hebdomada matutino tempore parum calefacto relicta sunt.

15ta Februarii liquidum in quo cortex vulgo hispanicus infusus est, manet diaphanum colore flavo leviter tinctum: ubi cortex noster, liquidum est valde opacum, turbidum, fuscum.

18va Februarii Infus. cortic. vulgo Hispanici odorem musti ad corruptionem tendentis spirat: caro sulphur redolet, tumidula, aspera est: multa mucedo alba Epistomio vasis adhæret. Infusum nostri corticis odorem naturalem spirat, sicut & caro, quæ & aspera & firma est: nihil mucidi Epistomio adhæret.

In quodlibet infuſum carnis bubulæ fruſtum dr. II. filo ſuſpenſum immerſi: vaſa ſubere obturata & charta tecta ſunt. Vas No. 1.

Infuſum Corticis ſic dicti Hiſpanici notabo No. 1. & noſtri No. 2.

24ta Februarii No. 1. liquidum æque diaphanum, ac ante: ablata charta circum Epiſtomium collecta effluvia vivide nares feriebant, cito evanida: Epiſtomii pars inferior mucedine lanuginoſa obſita, odor liquidi & carnis non deſcribendus.

No. 2. Inter ſuber & chartam nihil putridi collectum: ſuberi nulla accrevit mucedo: odor, color, conſiſtentia infuſi & carnis, ut ante.

2da Martii No. 1. ablata charta fœtor major circum Epiſtomium, quam 24ta Februarii. Lota caro odorem mucido dulcem, ingratum ſicut Infuſum adhuc diaphanum, cujus ſuperficies cruſta gryſea tecta eſt, ſpirat.

No. 2. Cruſta gryſea hinc inde viridis Infuſi adhuc opaci, fuſci ſuperficiem tegit; Infuſum & caro corticem redolet.

5ta Martii No. 2. fermentatio adeſt, quæ 6ta ejusdem vividiſſima eſt, & 7ma remiſſior continuat. 10ma ceſſat.

6ta Martii No. 1. Infuſum turbatum coloris flavi & caro redolet alferes putrefcentium doliorum cellæ.

Simaroubam. No. 2. Ipecacuanham. No 3. Rheum electum continebat. Dein eas dem Radicis arnicæ, florum arnicæ & corticis Peruviani doſes cum pari aquæ & carnis

rii humidi: 7ma & 8va Martii fermentatio adeſt, qua 9na non amplius obſervatur.

10ma Martii No. 1. Infuſ. fœtet: carnis in aqua pura lotæ odor ad putridum accedens: pergit tamen eſſe firma: liquidum ſubturbidum coloris non deſcribendi. No. 2. odor infuſi reficiens, ſpirituoſus, corticis odore mixtus: carnis conſiſtentia firma: odor illius quaſi fuiſſet parum cocta.

25ta Martii caro No. 1. ſupernatat. 7ma Aprilis valde fœtet & pergit uſque ad 14tam ſuperficiem liquidi tenere.

28va Aprilis No. 2. caro neque ſupernatat, neque fœtet: infuſum odorem corticis paulo mucidiorem quam ante habet: evacuantur vaſa. hoc experimentum me docuit in craſſo illo cortice, cum aquam, etiam valde diu in illa infuſus, vix turbet, pauca gummoſa principia hærere, in quibus maximam partem virtutis antiſepticæ hujus egregii medicamenti latere demonſtrant Illuſtris Pringlii & celeberrimi Gaberi experimenta demonſtrabuntque ea, quæ ultimo hujus appendicis §o continentur: hinc cortice ſucculento ex mediocribus ramis deſumpto in meis experimentis uti continuavi.

nis quantitate in alia tria vaſa eodem ac priora modo clauſa ſuſcepi, ut exemplarium vice fungerentur. Signata ſunt No. 4. No. 5. No. 6. quorum primo Radix arnicæ, ſecundo flores arnicæ, tertio cortex Peruvianus inerat.

Elapſis 36 horis No. 2. No. 4. & No. 5. inceperunt fermentare.

4ta Die.

No. 1. Liquidum & caro crocum redolet. No. 2. Leniter fermentat & odorem pulveris habet. No. 3. Caro aſpera tumida Rheum redolens. No. 4. Pergit fermentare: odor reficientiſſimus eſt: caro firmior, quam antequam ad experimentum adhiberetur, absque aſperitate. No. 5. Spuma circum vaſis latera: fermentatio vividior, quam in præcedenti: odor ſpirituoſus: caro firma, naturalis: No. 6. Spuma directe ſupra carnem in ſuperficie liquidi: caro con-

tracta

tracta, valde aſpera, odorem ſaturatum co
ticis ſpirans.

7.

No. 1. Liquidum turbidum : pauc
ſpuma circum vaſis latera : caro laxa odo
ris, ut ante, crocei. No. 2. Fermenta
tio vivida : caro in liquido ſuſpenſa, na
tans. No. 3. nulla mutatio. No. 4. Quie
cit : pulvis ſubſidet : liquidum lactesci
No. 5. Fermentatio vivida, caro ſubſiden
No. 6. Spuma diſparuit.

8.

No. 1. Fermentatio valida : ſpum
multa : caro liquido innatans. No. 2. Fe
mentat minus : ſpumat adhuc : caro perg
innatare. No. 5. Fermentatio minuta. N
6. Hinc inde in ſuperficie particulæ mucid
conſpiciuntur.

9.

9.

No. 1. Motus inteſtinus minor: caro ſupernatat valde laxa, tumida & etiam poſt lotionem in aqua pura fœtorem putridum ſpargens, ſicut Infuſum. No. 2. Pellicula craſſa, fuſca, ſplendens ſuperficiem liquidi tegit: definit fermentatio: caro fundum petit, tumidula eſt, ſat firma cum aſperitate, odorem ſulphureum ſicut liquidum etiam poſt lotionem exhalans. No. 3. Liquor turbidus: circum latera vaſis in ſuperficie particulæ mucidæ: caro valde firma, contracta, aſpera, Rheum perfecte redolens. No. 4. Liquor clarus: odor gratiſſimus, ſpirituoſus, dulcis: caro firma. No. 5. Liquidum clarificatum odoris valde gravi & ſpirituoſi: nondum ex integro ceſſavit motus inteſtinus: caro in fundo vaſis naturalem conſiſtentiam ſervat. No. 6. Odor primacum contuſorum ingratus tam liquidi quam carnis, quæ & aſpera & tumidula eſt.

10.

10.

No. 1. Liquidum adhuc turbidum: caro ſubſidens : odor ut heri : pellicula pinguis in ſuperficie liquidi. No. 2. Caro ſubſidet: No. 3. in liquidi ſuperficie cuticula pinguis.

11.

No. 1. Fermentatio adhuc ſenſibilis odor valde ingratus.

12.

No. 2. Motus inteſtinus nullus. No. 5. Cuticula pinguis cum pauca mucedine in ſuperficie liquidi. No. 6. Pellicula pinguis.

13.

No. 1. Caro laxiſſima, fœtidiſſima : evacuatur vas. No. 2. Caro aciduli quid ſpirat. No. 6. Caro videtur ſurſum tendere

14.

No. 2. Pellicula pinguis in ſuperficie globulis albis mucidis mixta : caro ſurſum tendit. No. 3. Pellicula pinguis cum glo

bulis

ulis mucidis in ſuperficie liquidi: bullulæ eris ad latera vaſis: lenis motus inteſtinus deſt: caro ſubſidet. No. 5. Multæ aeris ullæ latera vaſis obſident: fermentat iteum; caro ſubſidens. No. 6. vividiſſime fernentat, ſpumat: caro in fundo vaſis æret.

15.

No. 2. Exempta & aqua pura lota caio acidum redolet. No. 6. Minus fermenat: caro ſubſidet: non fœtens.

16.

No. 2. Iterum fundum vaſis petit. No. . ceſſavit fermentatio: caro non movetur. No. 6. Quiescit caro ut ante in fundo vaſis.

17.

No. 2. Multum denuo fermentat: caio iterum ſurſum movetur. No. 3. Multa nucedo in ſuperficie liquidi. No. 4. Hinc nde particulæ mucidæ in ſuperficie: odor gratus: caro laxa. No. 5. Multa mucedo

in

in ſuperficie: caro laxa, male olens. No. 6. Iterum fermentat: caro ſubſidet ingrati odoris.

19.

No. 2. Motus fermentatorius lenis denuo adeſt: caro tumida, putridum odorem habet. Evacuatur vas. No. 3. Etiam leniter fermentat: caro ut ante: No. 5. Caro valde laxa putridum ſpirat: ejicitur. No. 6. Caro quid putridi ſpirat.

21.

No. 3. Caro incipit fœtere. No. 4. adhuc caro bona: odor bonus. No. 6. Caro tumida, aſpera, fœtet. Evacuatur vitrum.

22.

No. 4. Incipit veſpere leniter fermentare.

25.

No. 4. Fermentat: caro adhuc infundo hærens non fœtet.

27.

No. 1. Fermentatio adhuc multa: caro ſupernatans putridum ſpirat. No. 2. Liquor ſat clarus iterum fermentat: caro ſurſum tendit: odor ſubacidus ſulphureus. No. 3. 4. 5. ut ante.

EXPERIMENTUM 11.

Dum incepi hæc experimenta, probaveram etiam vires præſervatorias foliorum arnicæ ex variis officinis acceptorum, inveneramque illa potius putredinem accelerare, quam retardare.

Anno 1774. cum egregius Reiſer, meritiſſimus Pharmacopææ ad ſanctum Spiritum proviſor, ſolita ſua in comparandis genuinis medicamentis ſollicitudine ductus radicem arnicæ cum foliis ad fucum vitandum curaſſet ibi adferri; ſtatui denuo eorum vires antiſepticas experiri, ſimulque videre quid ſcopo antiſeptico valeant Synapi & Eryſimi folia, hunc-

que in finem pulverum ſequentium cujusqu
dr. II. in ſeparatas lagenas immiſi.

No. 1. Rad. Arnicæ.

No. 2. Cortic. Peruv.

No. 3. Semin. Sinap.

No. 4. Folior. Eryſim.

No. 5. Flor. Arnic.

No. 6. Folior. arnic. cuivis affudi a
calidæ unc. IV. æquale in omnia carnis recen
mactati bovis fruſtum dr. II. ponderans, fil
annexum immerſi: dein vaſa ſubere claus
& charta tecta in calore variante a 70 a
90mum gradum relicta ſunt.

2da Die.

Poſt 36 horas ab incepto experimen
inveni Infuſ. No. 4. vivide fermentans.

4.

No. 4. Pergit vivide fermentare: c
ro educta in aqua pura lota odore
ſuſpectum habet, tumida, œdematoſa e
No. 5. hora decima matutina incipit ferme-

tare

are: caro in ambobus in fundo. No. 6. vi-idiſſime fermentat: caro in fundo: odor ratus.

5.

No. 1. Mane liquidum pallidum, o-acum, hinc inde bullæ aeris in ſuperficie: ermentatio lenis heri veſpere incepta con-inuat, No. 4. Minus vivida fermentatio. No. 5. vividiſſime fermentat. No. 6. Pa-iter. agitantur omnia vaſa.

6.

No. 1. Media decima mane motus in-eſtinus lenis: liquidum turbidum: caro ſolida, volumine minuta, absque aſperitate. No. 2. Caro valde contracta, aſperrima. No. 3. Caro tumida. œdematoſa, veſtigii digito impreſſi tenax, ſinapi redolens. No. 4. Videtur ceſſaſſe fermentatio: caro laxiſſi-ma. No. 5. Pergit vivide fermentare: ca-ro firma, ſubſidens. No. 6. Vividiſſime fer-mentat: odorem gratum ſpirat: caro firma,

7. mane hora nona.

No. 1. Liquor adhuc turbidus: nulla amplius fermentatio ſenſibilis. No. 4. Vivide iterum fermentat. No. 5. Pergit valde fermentare. No. 6. Ceſſavit fermentatio.

8. hora 4ta pomeridiana.

No. 4. Motus ut heri. No. 5. Fermentatio, quæ mane adhuc vivida erat, minor eſt: odorem gratum, ſpirituoſum ſpirat: caro tumidula, elaſtica. No. 6. Odor gratus, reficiens, ſpirituoſus: caro elaſtica.

9.

No. 4. & 5. Continuat fermentatio.

10.

No. 4. Motus inteſtinus magnus: caro ſupernatat: fœtorem putridum ſpargit. N. 5. Vix amplius fermentat.

12.

No. 1. Odorem reficientiſſimum ſpirat No. 2. Odor corticis debilior. No. 3. Caro laxa, œdematoſa, pallida. No. 4. Fermentatio

tatio continuat : caro ſupernatat : fœtor putridiſſimus. Evacuatur vitrum. No. 5. Odor gratus, ſpirituoſus, reficiens: carnis conſiſtentia naturalis : motus inteſtinus nullus. No. 6. Odor omnium gratiſſimus : caro ſana : motus nullus.

14.

No. 2. Particulæ mucidæ in ſuperficie liquidi, in reliquis nihil novi.

18.

No. 1. Leniter fermentat : cuticula tenuis punctis mucidis interſtincta in ſuperficie liquidi : odor gratus. No. 2. Caro laxior, tumidula, aſpera quid putridi ſpirat: pellicula mucida in ſuperficie liquidi. No. 5. Odor ſpirituoſus, penetrans : pellicula nulla : motus nullus. No. 6. Caro, ut in priori, conſiſtentia æque naturalis, ac dum immiſſa fuit in Infuſum : odor gratus : pellicula nulla : motus inteſtinus nullus.

19.

No. 1. Motus nullus. No. 2. Incipit fermentare.

20.

No. 2. Vivida fermentatio: pulvis multum agitatus: caro fubfidens.

21.

No. 2. Vividiffima fermentatio: caro in liquido natat: odor infufi gratior, quam ante: caro correcta. No. 3. Nulla mutatio. No. 5. Odor infufi mucidus, acido mixtus: caro tumida, gratum fpirituofum odorem exempta fpirat: No. 6. Odor infufi idem ac N. 5. caro vero jam aceſcit.

23.

No. 2. Ceſſat fermentatio: caro denuo vaſis fundum tenet.

24.

No. 2. Liquidum clarificatum eſt.

34 Die.

No. 1. Liquor antea lacteſcens virideſcit, fermentat: caro firmitatem cum molitie ſervat: odor hucusque gratus. No. 2. Multum fermentat: caro minus firma, aſpera, quid putridi etiam poſt lotionem in aqua pura ſpirat. No. 3. ut ante. No. 5. Liquor turbidus: odor infuſi & carnis, ut prius. No. 6. A nudius tertius fermentat: odorem valde ingratum corrupti aceti ſpirat.

37.

No. 1. Fermentatio adhuc adeſt. No. 2. Continuat fermentare. No. 3. & 5. Motus nullus.

38.

No. 1. Vivide fermentat. No. 2. Ceſſat fermentatio: liquor hucusque ſat clarus nunc totus turbidus eſt. No. 6. non amplius fermentat: caro in omnibus vaſis ſubſidet.

39.

No. 1. Continuat vivida fermentatio. No. 6. denuo multum fermentat.

40.

No. 1. Sub continua fermentatione caro vaſis fundum tenet: odor illius quid ſuſpecti habet. No. 6. Vividiſſime fermentat: totus pulvis in motu eſt: caro fœtorem putridum ſpargens ſupernatare incipit.

41 Die

No. 1. Caro adhuc firma, non tumida: odor ſuſpectus, ad putridum tendens. No. 2. Liquidum putridum odorem exhalat: caro adhuc firma, aſpera, ſubſidens, rite abluta putridum manifeſte redolet. No. 3. nulla unquam adfuit fermentatio: caro tumida & laxiſſima eſt: odore nihil putridi prodit. No. 5. Odor putridus ut numero 2. abjiciuntur omnia.

EX-

EXPERIMENTUM 12.

Viſurus an principium volatile cortic. Peruv. Florum arnicæ & Radic. Arnic. vires putredini reſiſtentes poſſideat, rogavi exactum Dominum Reiſer, ut mihi ex quovis horum ſimplicium aquam deſtillatam ſuppeditaret: ex quavis unc. III. in vaſa vitrea infudi, & in quamlibet aquam fruſtum carnis bubulæ dr. II. ponderans immerſi: in quartum vas aq. pur. quæ ad omnia alia experimenta utor unc. III. cum eodem ac in aliis carnis pondere. Vas cum aq. deſtillat. cortic. notatum eſt No. 1. cum aq. deſtill. florum. No. 2. Illud aquam deſtill. rad. arnicæ continens. No. 3. & ultimum cum aqua pura. No. 4. Hæc una die mane facta ſunt, & vaſa in ordinario caloris gradu, ſubere clauſa, charta ſuperducta, relicta ſunt.

4ta

Ab incepto experimento die.

No. 1. Mucedo hinc inde collecta aquæ corticis ſupernatat : odorem mucidum habet : caro valde laxa & alba eſt, odoris fœtidi & aceſcentis : in fundo vaſis ſedimentum mucoſum.

No. 2. Aliquot bullulæ aeris ſecundum latera vaſis : aqua clara absque ſedimento : caro firma, alba, odore ſaturato florum arnicæ imbuta. No. 3. Aqua non mutata : caro firma, rubella, aquæ radicis odore imbuta. No. 4. Aqua rubra quaſi ſanguine tincta.

6ta die.

No. 1. Pellicula pinguis mucida in ſuperficie aquæ. No. 2. Hinc inde parvæ particulæ mucidæ in ſuperficie liquidi. No. 3. ut ante. No. 4. Multa ſpuma in ſuperficie aquæ ; caro fœtens adhuc ſubſidet.

7.

7.

No. 1. Aer ex carne extricatus ; odor ex cortice & putrido mixtus. No. 2. & 3. ut heri. No. 4. Spuma nulla: bullulæ aeris ſecundum latera vaſis.

8. veſpere.

No. 1. Liquor turbidus, fermentans, fœtidus : caro tumida, valde flaccida & multum fœtens. No. 2. Aqua turbida, rubra : pellicula pinguis, mucidis particulis mixta: totam liquidi ſuperficiem tegit: odor ingratus. No. 3. non mutatur: odorem ſpirituoſum & gratum ſpirat : caro ſana, firma, ut prima experimenti die. No. 4. Liquor turbidus : caro fœtida ſupernatat. Carnes ex omnibus lagenis exemptæ aqua pura lotæ denuo in propria liquida immerſæ ſunt.

9. mane.

No. 1. Caro ſupernatat valde fœtida. No. 2. Pellicula pinguis denuo ſuperficiem liquidi

liquidi tenet : caro ſubſidens odoris non putridi. No. 3. Liquor minus diaphanus.

11.

No. 3. Hinc inde parvi globuli mucidi in ſuperficie aquæ : caro ſana : odor ſpirituoſus, gratus. No. 4. Caro denuo fundum petit.

12.

No. 2. Caro tumida, valde laxa, fœtens : hinc cum vaſa ad alia adhiberi debeant, evacuatur cum No. 1 & 4. antequam ſenſibilis fiat fermentatio. No. 3. Caro ſana, naturalis : pellicula mucida aquæ ſuperficiem obtegit.

13.

No. 3. Aqua turbida : bullæ aeris lateribus vaſis adhærent : moto leniter vaſe multus aer ſuperiora petit : caro adhuc ſubſidet.

14

14.

No. 3. Aqua turbida, alba, mucilaginosa: caro adhuc gratum odorem radicis servat.

16.

Caro adhuc subsidet, livescit, nondum fœtet.

18.

Caro rubella, firma, odoris ingrati. aroma ab incepto experimento die supernatat, fœtet.

EXPERIMENTUM 13.

Pinguedinem ex omento & panniculo adiposo viri obesi, qui sibi violentas manus intulerat & ad cameram mortuorum sepulturæ gratia delatus fuerat, quatriduo post mortem sumpsi: tria frusta cujuslibet paravi, quorum quodvis unc. ß. ponderabat. Reliquum quod superfuit tam omenti quam panni-

panniculi adipoſi circiter unc. II. pondere æquans in vas aquam tepidam continens immiſſum eſt, vaſe dein tecto vices exemplaris egit: dein in ſeparata vaſa vitrea ordinaria No. 1. omenti unc. ß. cum pulveris corticis peruviani electi dr. 1. No. 2 ejusdem unc. ß. cum pulveris radic. arnic. dr. 1. No. 3 idem pinguedinis panniculi adipoſi pondus cum pulveris florum arnic. dr. 1. No. 4. cum Cortic. dr. 1. omenti unc. ß. No. 5. Radic. arnic. dr. 1. omenti unc. ß. No. 6. pulv. florum arnic. dr. 1. & idem ac in prioribus omenti pondus. In quamvis lagenam affuſæ ſunt aquæ tepidæ unc. IV. pinguedo omnis dum ad experimentum adhibita fuit, odorem fœtidum, ſtercoraceum, rancidum jam habebat: fruſta pinguedinis in fundo vaſorum bacillis ligneis in maſſam fixis & ope epiſtomii vaſis deorſum preſſis retinebantur.

2da Die.

Triginta horis elapſis ab incepto experimento, apertis vaſis invenimus fruſta in vaſis numerorum 2. 3. 5. & 6. perfecte correcta. No. 2 & 5. leniter fermentare. No. 3 & 6. vehementer. No. 1 & 4. nullum motum inteſtinum & pinguedinem magis fœtere in utroque, quam in exemplari.

3.

No. 1 & 4. Fœtor odore corticis mixtus, acescens. No. 2. 3. 5. 6. pergunt fermentare: odor gratus.

4.

No. 1. Continuat fœtere: puncta mucida in ſuperficie liquidi: educto epiſtomio pinguedo ſupernatat. No. 2. Odor penetrans ſpirituoſus, gratus, vix amplius radicem præ ſe ferens: pinguedo absque depreſſione in fundo vaſis manet: leniter adhuc fermentat. No. 3. Lenis adhuc fermentatio adeſt: particulæ mucidæ aciculaрum

rum vulgarium capitula æquantes in ſuperficie liquidi : odor gratus: pinguedo absque adjumento bacilli in fundo vaſis manet. No. 4. Color liquidi ſanguineus : oleum ſupernatat : odor magis fœtidus, quam numero 1. No. 5. Liquidum diaphanum : odor gratus. No. 6. Ceſſavit fermentatio : mucida corpuſcula pauca : odor bonus.

5.

No. 1. Fœtor videtur minor. No. 2. Vivide fermentat : odor ſpirituoſus, gratiſſimus. No. 3. Color infuſi naturalis: odor gratus, mucido mixtus : vas agitatum eſt. No. 4. Continuat fœtere. No. 5. Fermentatio minus vivida : aliquid olei ſupernatat.

6.

No. 2. Fermentatio vivida : ſpirituoſus odor. No. 2 & 5. Fermentatio magna. No. 3 & 6. Motus inteſtinus vividiſſimus iterum adeſt : agitata ſunt vaſa.

8.

8.

No. 2. Non amplius fermentat. No. 3. Continuat fermentatio. No. 5. Motus inteſtinus lenis continuans. No. 6. Fermentatio vix ſenſibilis.

10.

No. 1 & 4. Continuat fœtere: evacuantur lagenæ.

12.

No. 3 & 6. Ingratum vappidi aceti odorem ſpirant: evacuantur vitra. No. 2 & 5. Odorem gratum, ſpirituoſum ſpirant.

14.

No. 2 & 5. Spiritum vini odore refernt, radicis aromate admixto.

33 Die.

A 6. diebus minutus gratus odor nunc lucidus eſt.

35.

Fœtorem putridum ſpirant.

COROLLARIA.

Ex hujus Paragraphi experimentis elucere videtur.

1. Scopo præfervatorio inter probata medicamenta omnium minimum & fere nihil valere Eryſimum, corticem Symaroubæ & radicem Serpentariæ virginianæ.

2. Manifeſte antiſepticas eſſe radices Contrajervæ & Valerianæ: eas vero a floribus Chamomillæ ſuperari: caro enim in horum Infuſo 9. diebus ſerius oborta fermentatione putrida cum fœtore ſupernatavit, quæ in exemplari in eodem caloris gradu ſub finem octavæ diei vel nona die ſuperficiem ſæpius tenuit.

3. Farinam ſeminum Sinapi aqua infuſam carnem cito reddere laxiſſimam, nulli tamen fœtori aditum permittere.

4. Ipecacuanham, flores arnicæ, folia arnicæ, Rheum & Corticem Peruvianum

hum mediocri aquæ copia dilutum vi antiseptica præservatoria non multum ab invicem differre : flores & folia arnicæ in eo conveniunt, quod naturalem carnis consistentiam non mutent : Rheum vero & cortex Peruvianus in eo conveniunt quod utrumque carnem valde contrahat, crispet & valde asperam reddat ; cui radix arnicæ & Ipecacuanhæ firmitatem naturali paulo majorem absque asperitate conciliat.

5. Radicem arnicæ omnibus, quæ ad hæc experimenta adhibui , medicamentis palmam præripere.

6. Infusa pura radic. & flor. arnic. absque addita carne valde diu odorem & saporem naturalem servare, qui in Infuso corticis jam 8va experimenti die acidum prodiderunt : gratior tamen evasit odor motu fermentatorio , quem 29na Experimenti die subivit Infusum & qui in infusis radicis & florum arnicæ nullus observatus est.

7. Corticem Peruvianum multa aqua dilutum floribus arnicæ eadem aquæ copia dilutis inferiorem esse : an forte ideo quod vires præservatoriæ corticis in principio adstringenti præcipue consistant, quod tanta aquæ copia dilutum non sufficienter carni applicetur ; vel an principium aliud antisepticum non sufficienti copia in aqua dissolvatur : quod ex floribus & radice arnicæ exeuns facilius & copiosius aquæ miscetur.

8. Corticem Peruvianum in eo, qui ad hæc experimenta adhibitus fuit, caloris gradu valde difficulter fermentationem dulcem subire certamque aquæ & carnis proportionem ac aliquam jam carnis degenerationem, ut fermentet requirere. Sic videtur docere Experimentum II. idemque videtur verum esse de Rheo : Sinapi autem cum carne nullo modo videtur esse fermentationis capax.

9. Reliqua ante enumerata medicamenta facile in fermentationem ruere: quam omnes arnicæ partes variis gradibus & duratione ſubeunt: leniter ſolet fermentare & plerumque cito deſinere radix: folia æque vivide fermentant ac flores: ſed hi multo diutius.

10. Raro viſibilem & diſtinctam eſſe triplicem fermentationem: illam tamen pulchre obſervavi in infuſo folior. arnicæ Experimento 11.

11. In eo tantum caſu dici poſſe fermentatione promoveri putredinem carnis ſanæ, ubi ſubjecta fermentationem patientia principio antiſeptico, & ſimul talibus principiis, ex quibus per fermentationem combinatis principium antiſepticum enaſci poteſt, carent: videtur enim per fermentationem extricari principium antiſepticum ab illa viribus ſuis non privatum, ut docet Experimentum 11. in quo cortex primam fermen-

tationem ſubiit, & tamen diutius quam in prioribus experimentis carnem illibatam ſervavit Per fermentationem produci tale principium docet Muſtum Hordei Macbridianum quod in multis caſibus antiſepticum inveni, licet mucilaginoſum Hordei crudi decoctum per ſe nihil antiſeptici poſſideat.

12. Non eſt opus ut vegetabilia fermentent ad putredinem avertendum. Docent Sinapi ſemina, Rheum, cortex Peruvianus multa aqua dilutus.

13. Vis antiſeptica corticis in fixo principio reſidet, florum & radicis arnicæ & in fixo & in volatili, quod in radice valde efficax eſt.

14. Arnicæ radix videtur Experimento 13. potentius a pinguedine putrefactionem removere, quam a carne; unica enim illius dragma aq. unc. IV. infuſ. pinguedinis jam putride fœtentis unc. 6. correxit & per 31 dies ſanam ſervavit. Eadem flor. doſis

pariter

pariter idem pinguedinis pondus correxit, ſed poſt paucos dies denuo corrumpi cœpit. Cortex videtur odore ſuo parum obſcuraſſe odorem putridum & nullam putredini remoram poſuiſſe. Infuſum rad. arnicæ cum pinguedine per 6. dies fermentavit: Infuſ. flor. vix per triduum: cortic. vero nullam fermentationem ſubivit.

§. III.

PRÆSERVATIO HUMORUM.

EXPERIMENTUM 14.

Miſcui bilis humanæ unc. II. ß. cum aquæ tepidæ unc. IX. ß. Hanc miſcelam in quatuor partes diviſi & quamvis in vitrum ſeparatum infudi. Vitra No. 1 & 2do ſolam mixturam continebant. No. 3. addita erat Rad. arnic. pulver. dr. 1. & No. 4. pulver. cortic. peruv. electi dr. 1. Vitra ſubere obturata & charta tecta in ſolito calore relicta ſunt.

Incepta 2da experimenti die No. 1 & 2. pelliculam tenuem fiſſam variegati coloris habent. No. 3. Fermentat: levis odor radicis. No. 4. Odor vix ullus: fermentatio

tio nulla. Decem horis poſt No. 1 & 2. incipiunt fœtere. No. 3. Magis fermentat: odorem quaſi ſulphureum ſpirat. No. 4. Odor corticis fœtore mixtus.

3tia Die.

No. 1 & 2. Sedimen flavum habent. No. 3. Leniter fermentat, odor eſt gratus. No. 4. Plus fœtet, quam No. 1 & 2.

4.

No. 1 & 2. Fœtor augetur. No. 3. Circulus bullarum aerearum circum latera valis: fermentatio vix obſervatur: odor radicis penetrantiſſimus. No. 4. Flocculi pingues ſupernatant: fœtor videtur minor & oleum olivarum rancidum refert.

7.

No. 3. Adhuc parum fermentat. No. 4. Motus nullus.

9.

No. 3. Quieſcit: color & conſiſtentia ut in initio: odor dulcis, ſpirituoſus, ar-

nicæ odore mixtus. No. 4. Licet heri vespere nulla fermentatio obſervata fuerit: hodie mane multæ aeris bullæ in ſuperficie liquidi adſunt: nullus motus viſibilis: odor ex mucido & putrido mixtus: fœtor tamen minor quam No. 1 & 2.

11.

No. 3. Odor gratus & ita ſpirituoſus, ut inſtar ſpiritus vini odoratum & caput diutius admotus afficiat.

18.

No. 4. Valde penetrantem fœtorem ſpargit: evacuatur lagena. No. 3. Omnia ut prius.

Cum aliis medicis hanc mixturam ſæpe examinavi & poſt annum odoris gratiſſimi adhuc erat, neque unquam ſigna putredinis dedit.

EX-

EXPERIMENTUM 15.

In tria vaſa quorum quodlibet aquæ tepidæ unc. III. continebat ſivi ex vena effluere ſanguinis unc. II. In quartum vitrum eandem ac priora aquæ quantitatem continens ſanguinis tantum unc. I. No. 1. Nihil additum. No. 2. Flor. arnic. dr. I. No. 3. Radic. arnic. eadem doſis. No. 4. Cortic. peruv. ſcr. II. additi ſunt: vaſa ſubere & charta clauſa ſunt, & in eodem caloris gradu retenta.

Sequenti die No. 1. ſanguinis odor naturalis mutatur: tela tenuis in ſuperficie: No. 2. Multa ſpuma cum parte pulveris in ſuperficie: ad minimum motum multus aer ſuperiora petit. Odor mixturæ ingratus. No. 3. Spuma ſecundum latera vaſis in ſuperficie: extricatio aeris ut No. 2. odor radicis. No. 4. Corticis odor nullus quoad reliqua ut No. 3. veſpere No. 1. odorem

dorem urinoſum ſpirat No. 2. vivide fermentat: odor amœnus, dulcior, quam ſolet eſſe primis diebus infuſionis florum. No. 3. Fermentatio vivida: odor gratus, dulcis. No. 4. Etiam fermentat, ſed minus vivide quam No. 2 & 3.

3tia die mane.

No. 1. Bullæ aeris in ſuperficie: fœtor auctus. No. 2. Fermentatio inſtar ebullitionis: odor penetrans a florum odore diverſus. No. 3. Motus inteſtinus vividus: odor ut heri. No. 4. Spuma multa: fermentatio minuta: odor penetrans, fere ut ſal volatile cornu cervi, qui veſpere putredinem magis refert, quam ex No. 1.

4.

No. 1. Fœtor magnus: multus aer extricatur. No. 2. Fermentatio adhuc valida: maſſulæ ſanguinis grumoſi ſupernatant: odor ad fœtorem putridum videtur accedere. No. 3. Odor gratus: motus inteſtinus vividus.

vidus. No. 4. Adhuc fermentat: odor ut heri: reliquuntur vaſa clauſa per quatuor dies.

8.

No. 1. Cruſtam albam craſſam in ſuperficie habet. No. 2. Ceſſavit fermentatio. No. 3. Adhuc parum fermentat. No. 4. Motus nullus.

9.

No. 2. Herbam recentem lamii redolet No. 3. Odor aromaticus vix deſcribendus. No. 4. Fœtor putridus.

12.

No. 1 & 4. Odor putridiſſimus. No. 2 & 3. Odor ſpirituoſus, inamœnus.

18.

No. 1 & 4. Horrendum fœtorem exhalant. No. 2. Incipit aliquid putridi prodere: ſeponuntur omnia tria vaſa. No. 3. Odor magis gratus, quam ante: leniter fermentat: aſſervatur ulteriori examini.

21.

21.

No. 3. Continuat fermentatio: odor bonus: ſanguis grumoſus in fundo valis hæret, de quo, ut certitudo major habeatur, evacuatur vitrum & contenta in aliud ſimile infunduntur.

26.

No. 3. Motus inteſtinus pergit: odor valde penetrans a priori diverſus.

34.

No. 3. Odor putredinem incipit prodere & elapſis adhuc quinque diebus valde putridus eſt.

COROLLARIA.

Radix Arnicæ cito & diu cum bile fermentat, unicaque illius dragma bilis dr. v. incorruptibiles reddidit.

Cortex

Cortex cum bile vix fermentavit, & valde exiguam putredini remoram videtur posuisse.

Cortex Peruv. cum sanguine fere æque cito & æque diu fermentat ac radix & flores arnicæ : licet autem majori dosi, quam arnicæ radix & flores sanguini admixtus fuerit, vix putrefactionem retardavit : flores vero per 17 dies & radix per 26 dies illum a putrefactione immunem servarunt.

§. III.

§. IV.

CORRECTIO CARNIS PUTRIDÆ.

EXPERIMENTUM 16.

Carnis vervecinæ fruſta quatuor, quovis dr. II. ponderante, a 34. diebus affuſa aqua calida & ordinario calori in meo cubiculo expoſita putrefactioni commiſſa ad vires correctorias camphor. cortic. Peruv. rad. & flor. arnicæ probandas ſumpſi.

Infuderam per 24 horas affuſis ubique aquæ ebullientis unc. IV. in vaſe

No. 1. Pulv. cortic. peruv. dr. II.

No. 2. Pulv. rad. arnic. dr. II.

No. 3. Pulv. florum arnic. eadem doſis.

No.

No. 4. Camphoræ cum gummi arabic. ſenſim adfuſa aqua ſubactæ dr. 1. vaſa omnia ſubere clauſa & charta tecta fuerant.

In quodvis vas fruſtum carnis aere elaſtico prius expreſſo hora 4½ poſt meridiem immiſi. Vaſa denuo exacte obturata & omni media hora æqualiter agitata ſunt.

Poſt bihorium omnia examinavimus.

No. 1 & No. 4. Apertis vaſis non obſtante Camphoræ & Corticis odore æque fœtebant ac ante.

No. 2 & 3. Fœtor nullus. Ut ſecuriores eſſemus, lavavimus quodvis carnis fruſtum in aqua pura. No. 1 & 4. Fruſta carnis fœtorem putridum ſpargebant. No. 2. Caro perfecte correcta. No. 3. Odorem glutinis, quo ſcrinarii uti ſolent, habebat. Reliqui omnia carnis fruſta in ſuis vitris.

Elapſis 24 horis ab incepto experimento omnia carnis fruſta denuo eduxi, la-

vavi. No. 1. Caro firmior; fœtor adhuc magnus.

No. 4. Caro pallet, tumet, non obstante camphoræ odore fœtorem putridum spargit: digitis pressa strepitat aere fixo e- lasticitatem adepto.

No. 2. Caro firma perfecte correcta. No. 3. Caro minus firma hesternum odorem amisit, videtur correcta.

Fructum carnis dr. II. quod Exemplaris vices egerat, in experimento præservatorio, jam a 28 diebus in aqua putrescens, expresso aere, in vitrum No. 2. immersum & filo, ut moris est, suspensum elapsis 18 horis majorem firmitatem habebat, subsidebat & eductum ac lotum fere integre correctum inventum est.

Tertia die experimenti finita. No. 4 Odor camphoræ prævalet: caro superna tat: pressa strepitum edit, No. 1. Prævale odor corticis. No. 2 & 3. ut heri.

Quarta

Quarta die No. 1 & 4. Caro valde fœ-
et. No. 2. Ultimo immerſa caro correcta
ſt. No. 3. Caro etiam perfecte correcta.

EXPERIMENTUM 17.

Nona Januarii quinque Infuſa paravi No.
1. pulveris cortic. Peruv. elect. dr. III. cum
iq calid. unc. IV.

No. 2. Ejusdem pulv. dr. III. cum
quæ calid. unc. III. Muſti hordei unc. 1.
alivæ unc. ß.

No. 3. Pulv. rad. arnic. Styriac dr. II.
q. calid. unc. IV.

No. 4. Pulv. rad. arnic. Carynthiac.
r. II. aq. calid. unc. IV.

No. 5. Pulv. rad. arnicæ ejusdem dr.
, aquæ calidæ unc. III. Muſti Hordei unc.
. ſalivæ unc. ß.

Steterunt vaſa Epiſtomio clauſa prope
ornacem in calore 100. gradus Thermo-

metri ſubinde excedente, uſque ad ſequen
tem diem.

Decima Januarii media undecima ma
tutina cum cortex jam per 21 horas infu
ſus eſſet, & radix arnicæ per 17 horas. No
1 & 2. immerſi ubique carnis bubulæ
2oma Decembris putrescentis ſcr. II. No
3 4 & 5. Ubique fruſtum dr. II. relicta ſun
vaſa in calore a 95to ad 100mum gradum
variante.

Hora ſecunda pomeridiana No. 1. fœ
tor putridus. No. 2. Fœtet ut ante: noi
fermentat: caro flaccidior eſt, quam in No
1 No. 3. 4 .5. Caro perfecte correcta
nullibi fermentatio obſervatur.

Hora ſexta. No. 1. Valde fœtet. Nc
2. Aliquid de fœtore amiſit.

Undecima Januarii hora nona No. 1
Minus fœtet. No. 2. Leniter fermenti
multa ſpuma ſuperficiem liquidi tegit: car
lota correcta invenitur: in hanc lagena

aliud

aliud ejusdem carnis fruſtum gr. XLVII. ponderans hora decima immergitur.

Hora ſecunda pomeridiana No. 2. videtur minus fœtere.

Hora ſexta

Carnis a 23tia Decembris in cubiculo calefacto in aqua putrescentis, laxiſſimæ dr. 1. ß. in vas No. 4. immerſi & ſimile fruſtum in No. 5.

Duodecima Januarii hora nona No. 1. Caro denuo lota videtur correcta, ſuſpenditur, ut exſiccata denuo examinetur: ſed famulus tempore meæ abſentiæ illam abjecit. No. 2. A longe fœtet. No. 4 & 5. Caro firma, perfecte correcta: aliud ſimile fruſtum in infuſum. No. 5. immittitur.

Decima tertia Januarii

No. 5. Caro heri immiſſa perfecte correcta eſt.

EXPERIMENTUM 18.

1. Februarii.

Pulveris rad. arnicæ dr. 1. in vas ordinarium vitreum hora undecima matutina immiſi, aq. calid. unc. III. ſuperfudi, in quam carnis bubulæ a 18 Januarii in lagena cum aqua in cubiculo calefacto putrescentis laxiſſimæ fruſtum dr. II. immerſum eſt.

7ma Veſpertina fruſtum carnis correctum eſt: media octava aliud ſimile fruſtum in idem infuſum immiſimus.

2 Februarii.

Hora nona matutina caro denuo correcta eſt. Media undecima denuo ejusdem putridæ carnis dr. II. in illud infuſum immergimus.

3. Februarii.

Mane media decima caro denuo firma tenax eſt & correcta: Infuſum adhuc gratum odorem ſpirat: in illud immerguntur

denuo

denuo fruſta duo ejusdem carnis quodvis ponderis dr. 1.

4 Februarii.

Circa horam meridianam educta carnis fruſta firma & correcta videntur; ſuſpenſa in cubiculo relinquuntur: hora tertia denuo examinantur: unum fruſtum perfecte correctum invenitur: aliud quid ſuſpecti odore prodere videtur. Infuſum non fœtet: ſed odorem gratum amiſit: illud toto correctionis tempore non vidi fermentans: hodie vero circa ſeptimam veſpertinam incepit vivide fermentare, ſicque ultra 24 horas continuavit: poſt fermentationem odore ſpirituoſo, ſuaviſſimo præditum erat, qui per multos dies duravit, licet ſæpe curioſitatis gratia pluribus medicis aperto vaſe olfaciendum dederim.

Ad hoc Experimentum radicem ſtyriacam adhibui, qua in omnibus fere Experimentis uſus ſum: in præcedenti experi-

mento dono a celebri de Well acceptam radicem usurpaveram, ut viderem an in regione alia crescens vires quoque antiseptic as ederet.

EXPERIMENTUM 19.

1. Februarii.

Hora decima matutina miscui spirit. vitriol. dr. II. cum aq. puræ unc. II. & in mixturam ejusdem carnis putridæ dr. II. immersi : vas obturatum in medio cubiculi calore relictum ut præcedens infusum : caro vespere hora octava correcta est.

EXPERIMENTUM 20.

13 Januarii.

V. espere parabatur mixtura ex aquæ communis unc. IV. carnis bubulæ coctæ unc. ß. panis tritici dr. II. exacte comminutis & aquæ

mistis:

miſtis : relictam prope fornacem mixturam prima Februarii hora decima matutina invenimus fermentantem : in illam carnis bubulæ putridæ fruſtum dr. II. ponderans injecimus & vaſe charta tecto elapſis ſeptem horis invenimus carnem correctam in calore ab octoginta ad 90 gradus variante. Aliud ſimile fruſtum injectum mixtura adhuc fermentante perfectam correctionem non admiſit, licet fermentatio adhuc ultra 12 horas continuaverit.

EXPERIMENTUM 21.

Experturus, quid ſicci pulveres corticis peruviani, rad. arnic. flor. arnic. & camphoræ in corrigenda putredine poſſint, cujuslibet pulveris dr. II. in ſeparatam ſcatulam immiſi. Scatulas ſic numeravi, cum cortice peruviano No. 1. cum rad. arnic. No.

2. cum floribus arnic. No. 3. cum camphora No. 4.

Prima Februarii in medium pulverem cujusvis ſcatulæ fruſtum carnis bubulæ dr. II. pondere æquans, a 19na Januarii in aqua & calore ordinario putreſcens, hora decima matutina impoſui; ſcatulas omnes operculo ſuo clauſi, & reliqui in cubiculo experimentali.

Media octava veſpertina.

No. 1. Fœtor ut ante putridus.

No. 2 & 3. Caro correcta.

No. 4. Quid ſuſpecti adhuc habet.

Secunda Februarii hora nona.

No. 1. Fœtet ut ante. No. 4. Caro correcta eſt.

Hora undecima matutina.

Carnis a 19 diebus in aqua putrescentis frúſta duo dr. 1. ſumpſi & involvi camphora priori & radice arnicæ in iisdem ſcatulis ac priora fruſta. Scatulas clauſi.

Hora

Hora ſexta veſpertina.

No. 1. Caro ſicca eſt, & clauſa ſcatula fœtorem putridum ſpargit. No. 2. Caro firma, correcta videtur. No. 4. Caro flaccida, quaſi mucoſa, non obſtante camphoræ odore putride fœtens.

Tertia Februarii mane.

No. 1. Continuat fœtere. No. 2. Perfecte correcta caro. No. 4. Minus flaccida eſt, putredinem odore adhuc prodit, involvitur pulvere. No. 2. & hora ſexta veſpere jam firmior eſt: ſed adhuc fœtet.

Quarta Februarii circa meridiem No. 2. Fruſtum ex camphora receptum perfecte correxit antiquus rad. arnicæ pulvis. No. 1. Continuat fœtere; hinc foras ejicitur.

EX-

EXPERIMENTUM 22.

In vas vitreum, tertia parte aqua impletum carnis recentis fruſta plura immerſi. Vas ſubere clauſum in moderato cubiculi calore per 16 dies reliqui: dein hora 7ma veſpertina ſequentia Infuſa paravi & in tres ſeries diviſi.

A.

No. 1. Pulv. Rad. Ipecacuanh
No. 2. - - - Cort. Peruv. elect.
No. 3. - - - Rhei elect.
No. 4. - - - Rad. Arnic.
No. 5. - - - Flor. Arnic.
No. 6. - - - Cortic. Symaroub.

Cujusvis dr. 11. in ſeparata vaſa aq. calidæ unc. IV. affudi.

B.

No. 1. Pulv. Rad. Valerian. Sylveſtr.
No. 2. - - - - Coutrajervæ
No. 3. - - Flor. Chamom.

No. 4.

No. 4. - - Rad. ſerpentariæ virgin.

Cujusvis horum unc. β. affudi aq. calidæ unc. IV. quæ chamomillæ non ſuffecerunt: huic enim lib. β. affundi debuit. Vitra ſubere clauſa in cubiculo calefacto ſteterunt.

Sequenti mane tertiam ſeriem paravi.

C.

No. 1. Extracti Rad. Arnic. dr. II.

No. 2, - - Flor. Arnic. dr. II.

No. 3. - - Cortic. Peruv. addito ſale Tartari parat. dr. II.

Quodlibet Extract. cum Aq. unc. IV. ſolutum in lagenulam immiſſum.

No. 4. Aq. ſtill. Flor. Arnic. Cohobat unc. IV.

No. 5. Aq. Still. Cohabat rad. Arnic. pariter unc. IV.

Tertio quadrante ad undecimam matutinam incepi in quodvis vas fruſtum dictæ carnis putridæ filo annexum dr. I. pon-

dr. I. ponderans immergere: labor media duodecima finitus erat. Omnia vaſa immiſſa carne ſubere exacte obturata ſunt. Thermometrum notabat 90mum caloris gradum.

Hora 4ta pomeridiana.

A.

No. 1. caro minus fœtet.

No. 2. contracta eſt & aſpera, plus fœtet, quam ante.

No. 3. ut præcedens quoad omnia

No. 4. fere correcta eſt & firma absque aſperitate.

No. 5. caro odorem ingratum a putrido diverſum ſpirat.

No. 6. nulla correctio.

B.

N. 1. incipit fermentare: caro fœtet.

N. 2. fermentario incepta: fœtor putridus.

No. 3. fœtor putridus major: caro laxior, quam ante.

No. 4. nulla correctio,

C.

No. 1. caro valde correcta

No. 2. fœtor multum minutus.

No. 3. fœtor putridus auctus.

No. 4. caro firma, fere integre correcta.

No. 5. caro firma, perfecte correcta. in hanc aquam immittitur fruſtum dr. 11. ejusdem carnis putridæ.

Hora ſexta.

A.

No. 1. 4. & 5. caro firma videtur perfecte correcta: ſuſpenditur poſt ablutionem in aqua pura, & bihorio elapſo nihil putridi præſefert caro numeri 4ti & 5ti: numeri primi vero adhuc fœtet: reponitur in ſuum Infuſum.

No. 2. 3. & 6. fœtor ut prius.

B.

B.

No. 1. caro correcta eſt.

No. 2. Caro adhuc fœtet, ſupernatat: expreſſo aere cadit ad fundum.

No. 3. Ut ante.

No. 4. Caro valde laxa continuat fœtere.

C.

No. 1. 2. 4. Caro nihil amplius putridi ſpirat: lota & ſuſpenſa poſt bihorium correcta invenitur.

Hora octava.

A.

No. 4 5. Immittitur carnis fruſtum dr. II. ultimum infuſum valde fermentat.

B.

No. 1. Carnis putridæ dr. II. in hoc infuſum immerguntur.

No. 2. Infuſum fermentat: caro ſupernatat: parum fœtet: expreſſo aere denuo fundum petit.

C.

C.

No. 1 2 4. Fruſtum carnis putridæ dr. II. injicitur.

No. 5. Caro perfecte correcta cum mollitie firma eſt: aliud ſimile fruſtum dr. II. pariter ponderans in hoc vas immergitur.

Secunda die

Hora media ſeptima mane.

A.

No. 1. Valde fermentat: caro nondum integre correcta. No. 2. Fœtor putridus. No. 3. Caro fere correcta. No. 4. Caro vix amplius fœtens ſupernatat: aere expreſſo ſubſidet. No. 5. Valida fermentatio: caro valde laxa, fœtens, ſupernatans aere expreſſo ad fundum cadit. No. 6. Valide fermentat, caro ſupernatans expreſſo aere fundum petit.

B.

No. 1. Caro fœtens, absque fermentatione visibili infusi supernatans: ut denuo subsideat aer regeneratus exprimitur. No. 2. Vividissima fermentatio: caro fœtens, supernatans, expresso aere iterum ad fundum vasis cadit. No. 3. Caro pergit valde putrescere, & quidem magis laxa, fœtidior quam in lagena putrefactoria. No. 4. Valde fermentat, ex qua denuo exprimitur aer.

C.

No. 1. Caro adhuc fœtens, laxa. No. 2. Supernatat: aere expresso subsidet: multum correcta est: mixtura leniter fermentat. No. 3. Caro laxa, fœtida supernatans aere expresso denuo in vas immittitur. No. 4. Caro fere correcta, sicut No. 5.

Hora 4ta pomeridiana.

A.

No. 1. Caro videtur correcta: in aqua pura lota ſuſpenditur & hora quinta correcta invenitur. No. 2. Caro quaſi in glandulas oblorgas conglomeratas adſtrictione medicamenti configurata fundum tenens, putridum continuat ſpirare. No. 3. Caro firma, aſpera, perfecte correcta. No. 4. Parum fermentat: caro vix fœtens ſupernatat: exprimitur aer. No. 5. Eſt fermentatio vividiſſima; caro inferiora tenet fere correcta. No. 6. Fœtet caro ſupernatans, nde exprimitur aer: fermentatio vivida.

B.

No. 1. Caro denuo ſupernatans ad fundum expreſſo aere demergitur. No. 2. Vivida fermentatio continuat: caro ſubſidens, firma, optime cohærens, in aere ſuſpenſa hora quinta nullum amplius putredinis ſignum dat. No. 3. Caro in mucagi-

nem fere redacta, putridum odorem ſpirans ejicitur. No. 4. fermentat: caro ſubſidet.

C.

No. 1. caro ſubſidens: fermentatio lenis. No. 2. leniter fermentat: caro ſupernatat: preſſione educto aere denuo immergitur. No. 3. 4. 5. ut ante.

Tertia die

Media undecima matutina.

A.

No. 6. vivide fermentat: caro ſupernatat preſſa ſtrepitum edit, fœtet: laxa eſt: expreſſo aere immittitur in infuſum B. No. 2. adhuc vivide fermentans. No. 2. corticis odorem ſuperat putridus odor.

No. 4. caro firma absque aſperitate correcta eſt: immittitur novum carnis putridæ fruſtum dr. 11. ponderans. No. 5. caro mollis, correcta: ſimile ac in præcedens carnis fruſtum in hoc infuſum immergitur.

B.

B.

No. 1. caro ſupernatans fere in mucum redacta, valde fœtida. No. 4. caro ſupernatans tantum odorem ſerpentariæ ſpirat: lota & per horam in libero aere ſuſpenſa odorem putridum exhalat, quare denuo in ſuum infuſum immergitur: ſed fruſtra.

C.

No. 1. & 2. Caro correcta: in quodvis vas novum immittitur fruſtum dr. 11. carnis putridæ. No. 3. continuat putrescere. No. 4. & 5. ulteriorem correctionem non admiſerunt: immo odor eſt magis ingratus: evacuantur ambo vitra.

Hora quinta pomeridiana.

A.

No. 4. & 5. caro multum correcta.

B.

No. 1. fermentatio vivida: caro ſupernatans: preſſa regenerato aere ſybilum edit: in A. No. 1. immergitur.

C.

No. 1. caro fere correcta videtur. No. 2. non putridum, sed ingratum odorem spirat. No. 3. nulla fermentatio: caro fœtida, supernatans: exprimitur aer, ut denuo fundum petat.

Quarta die

A.

No. 1. Caro correcta.

No. 2. caro continuat fœtere: immittitur in B. No. 2. ubi fermentatio adhuc vividissima & caro correcta.

No. 4. perfecta correctio.

No. 5. nondum integra cessavit fermentatio.

C.

No. 2. caro correcta melius quam No. 1.

No. 3. continuat putrescere.

Quinta

Quinta die

A.

No. 5. Ulterius non corrigitur.

B.

No. 2. caro correcta eſt: infuſum adhuc fermentat.

EXPERIMENTUM 23.

Tincturas ſaturatas & radicis & florum arnicæ cum ſpiritu vini rectificatiſſimo paravit mihi Dominus Reiſer.

In cujusvis harum Tinctur. unc. II. eodem ac in priora vaſa tempore ejusdem carnis bubulæ fruſtum dr. II. ponderans immerſi. Vaſa ſubere exacte clauſi.

Poſt 24 horas fruſta carnis dura & contracta æque fœtida erant ac ante: per ſex dies illa examinavi & nihil correcti inveni. Vaſa ſubere clauſa in angulo cubiculi fere per ſex menſes ſteterunt. Poſt quod

tempus fruſta carnis educta valde rigida putridiſſimum intolerabilem fœtorem ſpargebant.

EXPERIMENTUM 24.

Cupidus ſciendi quantum varii caloris gradus correctionem putredinis vel remorentur vel promoveant, cujusvis ſequentium pulverum triplex paravi Infuſum; nempe Rad. Arnicæ. Flor. Arnicæ. Cortic. Peruviani electi.

Quodvis Rad. Arnic. Infuſum dr. II. flor. dr. III. Cortic. Peruvian. dr. III. pulveris cum aq. calida unc. IV. conſtabat. Vaſa ſubere exacte clauſa & charta tecta ſupra fornacem, ubi Mercurius 143tium gradum in Thermometro notabat poſita, ibi relicta ſunt per 16 horas, poſt quod tempus tria florum Arnicæ Infuſa vehementer fermentabant: in reliquis vero nul-

lus

lus motus obſervabatur. Vaſa dein in tres ſeries diviſa, quarum primam A. ſecundam B. tertiam C. nominabo

A. No. 1. Infus. Rad. Arnicæ.
No. 2. - - Florum Arnicæ
No. 3. - - Cortic. Peruv.

Hæc diſpoſui in menſa prope fornacem ſtante: eo loco Thermometrum ut plurimum 120. caloris gradus notabat.

B. No. 4. Infus. Rad.
No. 5. - - Flor.
No. 6. - - Corticis

Hanc ſeriem a fornace ita renovi ut ibi Mercurius tantum ad 98vum Thermometri gradum aſcenderet.

C. No. 7. - - Rad. Arnic.
No. 8. - - Flor. Arnic.
No. 9. - - Cortic. Peruv.

Hanc ſeriem diſpoſui ſupra tabulam prope cubiculi feneſtram verſus ſeptentrionem: ubi tantum 87mum caloris gradum

notabat Thermomerrum: ſic ſecunda ſeries a prima 22. caloris gradibus, tertia a ſecunda 11. & a prima 33. gradibus caloris differebant.

In quodvis horum infuſorum hora 10ma matutina fruſtum dr. II. carnis ex cadavere humano exciſſæ & a 15. diebus in aqua vaſe clauſo & calore magno cubiculi, ubi putrefactioni expoſita erant cadavera ad ſceleta paranda putreſcentis, laxiſſimæ, mucum membranis tenuibus incluſum referentis, immani fœtore cubiculum & viciniam implentis immerſi, filo ſuſpenſum. Vaſa ut ante obturavi.

Hora ſeptima veſpere.

A. No. 1. & 2. caro multum correcta No. 3. æque fœtida ac ante.

B. No. 4. caro perfecte correcta. Immergitur in hoc Infus. aliud ſimile fruſtum No. 5. caro digitis preſſa ſtrepitat: lota multum correcta invenitur: expreſſo aere elaſti-

elaſtico denuo in vas ſuum immittitur. No. 6 caro magis firma eſt ac No. 3. aſpera, valde fœtens.

C. No. 7. licet digitis preſſa caro ſtrepitet, poſt lotionem parum fœtet No. 8. multum correcta eſt. No. 9. valde fœtida, licet ut in prioribus corticis Infuſis contracta, aſpera.

Secunda die hora ſeptima veſpere.

A. No. 1. & 2. caro perfecte correcta. No. 3. valde fœtet.

B. No. 4. caro non amplius fœtet: Odor tamen minus gratus quam No. 1. & 2. No. 5. caro correcta. In hoc vas immerguntur carnis bubulæ a 16 diebus putredini commiſſæ dr. II. No. 6. fœtor ut ante.

C. No. 7. circiter correcta caro No. 8. odorem ingratum habet. No. 9. fœtorem putridum, nullo modo correcta.

Ter-

Tertia die hora undecima matutina.

Perfecte correcta eſt caro in omnibus radicis & florum Arnicæ Infuſis: in corti-ce ubique pergit fœtere: quare carnem ex A. No. 3. in A. No, 1. immiſimus. Ex B. No. 6. in C. No. 8. Dein in B. No. 4. carnis bubulæ putridæ dr. 11. No. 2. ſimile fruſtum.

Hora ſeptima veſpere.

A. No. 1. caro correcta

B. No. 4. nihil putridi ſpirat: Odor tamen ingratus No. 5. caro firma, ductilis perfecte correcta.

C. No. 7. perfecta correctio. No. 8. non integra.

Quarta die hora nona mane.

B. No. 4. caro perfecte correcta.

C. No. 8. caro firma, perfecte correcta.

Parva, ratione correctionis, in diverſo caloris gradu fuit differentia: correctio

tam

tam putridæ carnis ingenti virtute antiſeptica pollere Arnicam ulterius demonſtrat.

EXPERIMENTUM 25.

Secunda experimenti præcedentis die hora undecima parabantur tres mixturæ fermentantes, quarum una ex aq. commun. unc. IV. panis triticei dr. II. carnis bubulæ coctæ unc. β. in pultem contritis: duæ aliæ ex ejusdem carnis unc. β. & Muſti hordei unc. IV. invicem in pultem tenuem tritis: ponebantur ſupra calidam fornacem.

Hora ſexta veſpertina.

No. 1. vivide fermentabat. No. 2. & 3. incipiebat fermentatio. No. 1. & 2. removi a fornace, ut calorem 95. circiter gradum experirentur. No. 3. reliqui ſuper aſſerem inter fornacem & parietem ubi caloris gradus ut plurimum 170mus erat, & in quodvis vas fruſtum dictæ carnis humanæ,

manæ, expreſſo prius aere elaſtico, dr. II. ponderans immerſi: Vaſa charta tecta ſunt, & fornax ſummo mane more ſolito calefacta.

Sequenti die hora decima matutina.

No. 1. & 2. caro lota æque putrida ac ante. No. 3. firmitatem adepta eſt, continuat tamen fœtere.

Veſpere hora octava.

No. 1. & 2. putrida exhalatio aucta: in utroque putridiſſimam dyſentericorum ſub lethalis morbi finem alvum horrendo fœtore referens; caro vix amplius cohæret. No. 3. caro firma multo minus fœtet quam ante experimentum: videtur nempe magis correcta ob caloris gradum antiſepticum, vel quod in majori calore plus ſpiritus putridi avolaverit, quam in binis aliis: vaſa enim, ut dictum eſt, tantum charta tecta erant.

Cum

Cum fermentatio in omnibus fere integrè ceſſaſſet, vitra omnia ſubere clauſi, & adhuc per duodecim horas in eodem calore reliqui: verum hoc tempore elapſo, omnia inveni in priori ſtatu.

Sic non obſtante diu continuata vivida fermentatione hæ mixturæ nihil correxerunt.

EXPERIMENTUM 26.

Simul cum mixturis fermentantibus tentavi quid ſpiritus Vitrioli valeat: immerſique hora ſexta matutina fruſtum ejusdem carnis dr. II. pondere æquans in aq. unc. IV. cui ſpirit. Vitriol. Gtt XL. affuſæ ſunt. Vitrum charta texi & reliqui in calore 95. graduum.

Bihorio elapſo præter ſpem inveni carnem ſupernatantem æque fœtidam ac ante:

expreſſi

expreſſi aerem regeneratum & denuò in liquidum immerſi.

Hora ſexta Veſpere.

Fœtor ut ante: adduntur ſpirit. vitriol. Gtt. XXX.

Secunda die mane.

Fœtet caro: laxa manet: mucum in liquido refert: adduntur mixtur. ſpirit. Vitrioli dr. II.

Tertia die.

De novo affunditur ſpirit. Vitrioli unc. β.

Quarta die media decima mane.

Fœtor ut ante: caro laxiſſima, volumine aucta eximitur & ſuſpenditur.

Veſpere hora ſexta illam invenio ita contractam, ut majorem nucem avellanam magnitudine non ſuperet, putrido fœtore adhuc fœtam & friabilem.

Hoc Phænomenon, a celeb. Macbride primo obſervatum, ab uſu ſpiritus vitrioli

in

n praxi medica deterrere poſſet : ſed expe-
ientia illum in corpore aliter agere docet.

COROLLARIA.

Hæc Experimenta videntur docere Radi-
em arnicæ virtutem poſſidere ſexies vel ſep-
ies magis antiſepticam correctoriam, ſal-
em carnium putridarum, quam cortex pe-
uvianus : & Carynthiacam æque efficacem
ſſe ac ſtyriacam, qua in omnibus his ex-
perimentis uſus ſum.

2do Accelerata additione muſti Hor-
lei, infuſi cortic. peruviani fermentatione,
aro putrida citius corrigitur.

Caro cum pane fermentans determina-
am principii antiſeptici copiam producit,
quæ certam carnis copiam corrigit : ultra
autem non pergit illius virtus, licet conti-
nuante fermentatione multus aer fixus con-
tinuet extricari. Hanc limitationem virtu-

tis antiſepticæ talium mixturarum etiam diu fermentantium valde clare demonſtrat experimentum 25tum, ubi tales mixturæ nec minimum progreſſui putredinis reſtitiſſe videntur.

Absque fermentatione ſponte extricatum eſt principium antiſepticum ex radice & floribus arnicæ ac camphora, & quidem tantum, ut experimento 21. rad. arnicæ dr. II. carnis putridæ ultra dr. III. florum eadem dolis carnis putridæ dr. II. Camphoræ dr. II. ejusdem carnis dr. II. perfecte correxerunt & tertiam dragmam parum emendaverunt: forte ideo radice arnicæ minus efficax, fuit camphora, quia plantarum pulvere minus bibula ſecundi fruſti putridæ carnis humidum non extraxerit: ſicque in carne humida loco calido motus putrefactorius continuare potuit. Cortex vero Peruvianus, licet carnem ſiccissimam reddiderit, nihil de illius alcali putrido ſaturavit; ſic principium volatile radicis

radicis & florum arnicæ, quod experimento 12mo inventum eſt antiſepticum præſervatorium, hocce experimento demonſtratur, natam putredinem efficaciter corrigere; volatile vero corticis principium contra putredinem nihil poſſe.

Magna vis adſtringens ſcopo præſervatorio antiſeptica principii antiſeptici correctorii actionem in carnem putridam impedit. Hoc probat Experimentum 23tium: licet enim ſupponatur partem reſinoſam radicis & florum arnicæ non eſſe antiſepticam, principium volatile horum medicamentorum, quod ſpiritui mixtum erat & virtute antiſeptica præſervante, ac correctoria prædium eſſe præcedentibus experimentis patuit, carnem correxiſſet, ni, valida vi adſtringente ſpiritus, inſtar cornu indurata principii volatilis ingreſſum prohibuiſſet: ſic in infuſis & Decoctis corticis & ſpiritu vitrioli non ſatis diluto fieri videtur.

An correctio putridæ carnis ope vegetabilium peracta ab aere fixo ſub motu fermentatorio extricato deduci poteſt?

Miſſis aliis videantur tantummodo ea, quæ experimento 22do obſervata ſunt. Sub fermentatione primum carnis fruſtum correxerunt flores arnicæ, Ipecacuanha, valeriana, contrajerva. Cortex peruvianus non fermentavit & nihil correxit.

Rheum carnis putridæ dr. 1. absque fermentatione correxit, neque hoc fruſtulo vires ipſius exhauſtæ erant: color enim, conſiſtentia & odor infuſi erant, ut ante correctionem.

Radix arnicæ quidem fermentavit ſed ante fermentationem primi carnis fruſt alcali putridum ſaturaverat. Extract. florur & radic. arnicæ, priusquam fermentationer ſubierint, putridæ carnis fruſtum correxeran

Aquæ cohabatæ absque motu fermer tatorio carnem putridam correxere.

Syma-

Symarouba per biduum vivide fermentavit & plane nihil correxit.

Radix ſerpentariæ virginianæ unc. ß. per biduum motum fermentatorium paſſa eſt : nec tamen carnis putridæ dr. 1. putridum alcali ſaturare valuit : & neutrum horum duorum medicamentorum carnis laxitatem correxit.

Chamomilla in hoc Experimento probabilius ideo nihil correxit, quod mucilago, qua ſcatet, carnis relaxationem & diſſolutionem continuo magis promoverit.

Hæc Experimenta ſane videntur valde dubiam reddere aeris fixi contra putredinem efficaciam : & ſimul confirmare, quæ prius dicta ſunt de principii antiſeptici ex vegetabilibus per fermentationem extricatione, vel ex combinatis principiis ſolitarie vi antiſeptica orbis generatione.

§. V.

CORRECTIO PUTRIDORUM HUMORUM ANIMALIUM.

EXPERIMENTUM 27.

Vigesima Decembris anni 1773. quatuor ovorum albumina simul unc. II. ß. & gr. XXX. ponderantia, virga agitando aquæ subtepidæ unc. IX. ß. quam exactissime fieri potuit, immixta sunt; mixtura in tres partes æquales divisa in tria vitra æqualia immissa est: vitra epistomiis suberinis exacte clausa in calore ordinario relicta sunt: notata numeris 1. 2. 3.

Quinta Januarii

Hora media octava mane.

Ex quovis vase fœtor abominabilis educto Epistomio erumpit.

In

In vas No. 1. Pulv. cortic. peruv. elect. dr. 1. No. 2. pulv. rad. arnic. dr. 1. No. 3. pulv. flor. arnic. quoque dr. 1. injecimus. Vasa Epistomio exacte clausa, fornaci propius admota, omni quadrante horæ agitata sunt.

Hora nona.

No. 1. & 2. paucam spumam in superficie habent. No. 3. vivide fermentat. Hora decima vitra propius ad fornacem admoventur, ut stent in calore 106. vel 107. graduum.

Media decima.

No. 1. valde nauseose fœtet: non fermentat; No. 2. vivide fermentat: de fœtore nec minimum percipitur. No. 3. vividissima fermentatio: odor amœnus, nullo fœtore mixtus.

Media quinta pomeridiana.

No. 1. ut ante meridiem. No. 2. fermentatio minus vivida: odor gratissimus.

No. 3. valide continuat fermentare : odor ut prius.

Hora nona.

No. 1. odor valde acris : de putredine & cortice participans : multæ aeris bullulæ latera vasis in superficie occupant: nulla visibilis fermentatio. No. 2. vivida fermentatio : odor ut hora 5ta. No. 3. vivide continuat fermentare.

Sexta Januarii

Hora octava matutina.

No. 1. vasa denuo stant in calore ordinario : motus intestinus nullus : odor omnino ingratus. No. 2. odor gratissimus, spirituosus, reficiens : fermentatio pergit No. 3. odor florum spirituosus, valde penetrans: vivida fermentatio.

Sexta vespertina.

N. 1. ut mane. No. 2. & 3. vivida fermentatio.

Septima

Septima Januarii

Hora undecima matutina.

No. 1. leniter fermentat: fœtor valde nauſeoſus. N. 2, parum fermentat, No. 3. odor minus gratus, quam heri.

Octava Januarii

Hora meridiana.

No. 1. Pergit fœtere: non amplius fermentat. No. 2. odor adhuc bonus. No. 3. mucidum odorem ſpirat.

Nona Januarii.

No. 2. odorem minus gratum habet. No. 3. putridum denuo videtur ſpirare.

Decima Januarii.

No. 1. Fœtor valde putridus. No. 2. videtur denuo putrescere. No. 3. fœtet: evacuantur vitra.

EXPERIMENTUM 28.

Bilis humanæ dr. x. in duas partes diviſæ in binas lagenas æquales, adfuſis cuilibet

bilis parti aq. puræ unc. II. β immiſſæ ſunt: vaſa ſubere clauſa per 16 dies in ordinario cubiculi calore ſteterunt, quibus elapſis una die hora ſeptima matutina in vas No. I. adjeci pulv. cortic. peruv. elect. dr. II. & in vas No. 2. pulv. rad. arnic. dr. I.

Hora meridiana.

No. I. Si leviter odoretur, amygdalas amaras vel nucleos amaros Perſicorum, cortuſos redolet: diutius autem naribus admota mixtura putridum fœtorem ſpirat: motus inteſtinus nullus. No. 2. odor non ingratus: incipit mixtura fermentare: ſtant vaſa in calore 100. gradus ſuperante.

Hora tertia.

No. I. Ut ante. No. 2. vidiſſime fermentat.

Hora nona.

No. I. nihil novi. No. 2. continuat valida fermentntio: odor gratiſſimus, ab odore

odore radicis diverſus. Noctu ſtant vaſa in calore minori.

Secunda Die

Hora octava matutina.

Omnia ut heri, ſicque perſtant tota die.

Tertia die mane

No. 1. motus nullus : fœtor ut prius. No. 2. fere ceſſavit fermentatio ; odor gratus.

Quarta die

Hora matutina.

No. 1. nihil mutatur : quare abjicitur. No. 2. adhuc leniter fermentat : odor gratus.

Quinta die.

No. 2. odor minus penetrans, minus gratus, nihil tamen putridi prodens : circa meridiem huic lagenæ immittitur denuo pulv. rad. arnic. dr. 1. hora nona veſpere denuo vivide fermentat, & odorem gratiſſimum ſpirat.

Fer-

Fermentavit denuo hæc mixtura ultra tres dies: odor manſit poſthac gratus per 22 dies, dein incepit alterari.

EXPERIMENTUM 29.

In tria vaſa, quorum quodvis aquæ tepidæ unc. III. continebat ſivi ex vena hominis ſani plethorici ubique unc. II. ſanguinis effluere: vaſa ſubere clauſa in menſa æquali caloris gradui expoſita per 15 dies relicta ſunt: poſt quod tempus immanem fœtorem trans ſuberina Epiſtomia ſpargebant.

Mane hora media ſeptima No. 1. addidi pulveris cortic. peruv. elect. dr. II. No. 2. pulv. rad. arnic. dr. I. No. 3. pulv. flor. arnic. dr. I. & vaſa interdiu expoſui calori 100mum gradum ſuperanti.

Hora

Hora nona.

No. 1. Spuma multa. No. 2. vix ulla. No. 3. jam fermentatio.

Hora meridiana.

No. 1. fœtor penetrantiſſimus : fermentatio nulla. No. 2. fermentatio vivida: odor gratus, ſubdulcis. No. 3. fermentatio minus magna ac in priori : fœtor valde minutus.

Hora quinta.

No. 1. fœtor auctus, horrendus: motus nullus. No. 2. pergit fermentare : odor ſpirituoſus, de arnica nihil præ ſe ferens. No. 3. fermentatio magna : odor valde penetrans, diverſus a putrido fœtore.

Hora nona.

No. 1. ut prius. No. 2. & 3. continuant fermentare.

Secunda

Secunda die

Hora media nona mane.

No. 1. nihil novi. No. 2. continuat fermentatio: odor ſpirituoſus mixtus nauſeoſo. No. 3. vix fermentat: odorem penetrantem quaſi ſalis volatilis C. C exhalat. Additur No. 1. pulv. cortic. peruv. dr. 1. No. 2. pulv. rad. arnic. pariter dr. 1. No. 3. flor. arnic. eadem doſis.

Hora ſexta veſpertina.

No. 1. videtur incipere fermentatio. No. 2. vivide fermentat: nihil nauſeoſi habet: odor gratiſſimus: No. 3. multum fermentat: odor putrido mixtus.

Tertia die

Hora undecima mane.

No. 1. Leniter fermentat: ingens fœtor putridus, ut ante. No. 2. fermentatio adhuc magna: perfecta correctio. No. 3. adhuc magis fermentat, quam No. 2. odor

tamen

tamen aliquid putridi prodit, ſi diutius oleſiat.

No. 1. adjicitur pulv. rad. arnic. dr. 1. ß.

Hora ſeptima veſpere.

No. 1. & 2. non fermentat. No. 3. continuat fermentare.

Quarta die

Circa meridiem.

Omnes mixturæ fermentant. No. 1. continuat fœtere. No. 2. quid ſuſpecti odore prodit. No. 3. adhuc plus quare cuivis binarum ultimarum adduntur pulv. rad. arnic. dr. II.

Hora 5 ½ veſpertina.

No. 1. Vivide fermentat: fœtor multum minutus: No. 2. fermentat valde, ſolidis omnibus ſupernatantibus: odor nondum gratus. No. 3. vividiſſima fermentatio: odor adhuc putrido mixtus.

Quinta

Quinta die Hora media undecima matutina.

No, 1. ceſſavit fermentatio: fœtor ut ante tentatam correctionem. No. 2. continuat fermentatio: odor ſpirituoſus, gratus No. 3. odor penetrans, ſpirituoſus, nihil putridi habens.

Sexta die.

No. 1. ob continuantem ingentem fœtorem evacuatur: in reliquis nihil novi.

Octava die.

No. 2. fermentat adhuc: odor valde ſpirituoſus. N. 3. odor ſpirituoſus: fermentatio continua.

Decima quinta die.

Omnia ut ante.

Decima nona die.

No. 2. fermentatio continuans. No. 3. ceſſavit: ubique odor ſpirituoſus, gratus.

Vigeſima

Vigesima tertia die.

No. 2. fermentatio nulla: odor gratissimus. No. 3. odor putridi quid secum fert.

Vigesima sexta die.

No. 2. ut ante. No. 3. putride fœtet. abjicitur.

Trigesima tertia die.

No. 2. odor ingratus, fœtore mixtus. Vas evacuatur.

EXPERIMENTUM 30.

Sanguinis hominis plethorici quoad reliqua sani unc. IX. in duas partes æquales divisi, Placentam primo exacte ponderando, dein serum, ita ut in utroque vase & cruoris & seri æquale esset pondus; in bina separata vitra reposui, quæ exacte obturata non procul a fornace magno calori exposita per 18. dies manserunt.

Hoc tempore contentum unius vasis sanguinem fœtidissimum additis ad eluendum vas aq. pur. unc. II. per retortam ex balneo Mariæ destillavi & spiritus penetrantissimi fœtoris dr. VII. eduxi.

Vespere in aliud vas pulv. rad. Arnic. unc. I. immisi; ex quo ut vires educerentur cum massâ esset nimis spissa aquæ puræ unc. II. affudi: vas exacte clausum per tres dies stetit in moderato cubiculi calore: dein ex hac mixtura eodem, ac ex priori, modo, liquidi dr. VII. eduxi odoris penetrantis, nihil putridi prodentis: dein utrumque spiritum sequentibus experimentis probavi.

Spiritus sanguinis non correcti dr. I. guttatim adfudi spiritum vitrioli & statim orta est efferveſcentia strepitosa, spumans, quæ per multa horæ minuta duravit.

Ejusdem spiritus dr. I. addidi syr. Violarum, qui statim colore viridi tinctus est:

color

color tamen pallidior erat, quam, dum ſpirit. ſal. ammoniaci miſcetur.

Spiritus correcti ſanguinis quocumque modo tentatus nullum alcali ſignum dedit.

EXPERIMENTUM 31.

Cum ſanguis addita radice arnicæ in priori experimento fermentaſſet & ſat diu in calore ante deſtillationem ſtetiſſet, viſurus an absque fermentatione correctio perfecta obtineretur, tria vaſa ſumpſi, in quodvis unc. IV. ſanguinis cum ſero & additis aquæ unc. II. infudi & putrefactioni in calore ſæpe centum gradus ſuperante per 18. dies commiſſa reliqui. Dein

In unum vas pulveris radic. arnicæ a 15. horis adfuſis circiter aquæ calidæ unc. V. infuſæ dr. IX. immiſi, cum ſanguine agitavi & media nona matutina prope fenestram ſoli expoſui cubiculo jam refrigerato:

dein alteri vasi aquæ unc. II. ß. affudi, quantum nempe conjecturabam in infuso radic. arnic. a pulvere non fuisse absortum, ut æqualis dilutio spiritus putridi fieret: dein sanguinem putridum in retortam infudi, & per B. M. ex retorta liquidi dr. VII. eduxi penetranter fœtentis.

Sanguis cum radice arnicæ, cum per octo horas sub repetita per intervalla agitatione stetisset, eodem modo destillatus est.

Eductus spiritus odore putridi nihil præ se fert, neque cum acidis & syr. violarum probatus minimum alcali signum dat.

Spiritus vero sanguinis non correcti cum acidis fortiter effervescit & syrupum violarum viridi colore tingit.

Infudi denuo rad. arnic. pulveris unc. I. cum aquæ unc. v. sequenti die mane cum in infusione supra fornacem calefactam per 12. horas fuisset, affudi infusum cum radice sanguini putrido tertii vasis. Vas exacte

clausum

clauſum extra feneſtram cubiculi temperato atmoſphæræ calori expoſitum omni horæ quadrante agitatum eſt. 4horio poſt miſcelam elapſo mixtura nihil putridi amplius redolens retortæ B. M. inſidenti committitur: educitur eadem liquidi quantitas ac ex prioribus, æque bene correcti, ac ex vaſe in quo radix arnic. per octo horas ſanguini putrido mixta fuerat.

EXPERIMENTUM 32.

Vigeſima Junii anni 1774. ſanguinis duorum hominum ob plethoram educti a 18. Maji calori ſolis vaſe exacte clauſo expoſiti uncias circiter xx. per B. M. ex retorta deſtillavi. Prodierunt liquidi valde fœtentis fere unc. iv. hujus liquidi ſive ſpiritus dr. i. aquæ puræ dr. iii. addidi. Hæc mixtura affuſo guttatim vitrioli ſpiritu non ſtrepitoſam & ſpumantem ſubivit effervescentiam

ſed lenem, aere forma tenuiſſimi pulvisculi turmatim ſuperiora petente, ſenſibilem.

Hujus ſpiritus dr. III. aquæ noſtræ ordinariæ dr. IX. adjeci, deſtillatione per retortam ope B. M. inſtituta liquidi dr. III. eduxi, quod & ſyrupum violar. illico viridi colore tinxit & adfuſo vitrioli ſpiritu vividum effervescentiæ motum ſubivit.

Hisce præmiſſis pulveris rad. arnicæ unc. β. in aquæ calidæ unc. III. infudi. Vas exacte clauſum in loco calido per 13 horas relictum eſt: dein infuſum per linteum expreſſum. Hujus colatur unc. I. β. ſpiritus putridi unc. β. in lagenula miscui, quæ exacte clauſa per quatuor horas ſæpius agitata eſt.

Hoc tempore elapſo mixturam in parvam retortam immiſi, & applicato recipiente liquidi ſpirituoſi dr. III. eduxi, quod nec minimum ab adfuſo vitrioli ſpiritu effer-

veſcen-

vescentiæ signum dedit, neque syrupum violarum minime mutavit.

EXPERIMENTUM 33.

De virtute, qua pollet arnicæ radix ad conciliandam alcali putrido neutram naturam certior redditus illam cum cortice peruviano & floribus arnicæ comparaturus sequentia paravi infusa 1. unc. β. cortic. peruv. affudi aquæ fervidæ unc. II. vas obturatum in locum calidum reposui. 2. simili cortic. peruv. dosi aquæ frigid. unc. II. addidi : Vas clausum in atmosphæræ calore æstivo tempore reliqui. Trihorio elapso pulv. flor. arnic. dr. III. aquæ calidæ unc. II pulv. rad. arnicæ dr. I. β. aq. dr. XIII. & pulv. ejusdem radicis dr. I. aq. calidæ dr. XI. adfudi; obturata sunt omnia vasa.

Elapsis 25. horis ab infusione corticis omnia infusa per lintea traduxi : colaturæ

fortiter expreſſæ dedit infuſum calidum cortic. dr. x. ß. frigidum eandem colaturæ quantitatem exhibuit. Infuſum florum arnicæ dr. IX. ß. infuſum radicis arnic. dr. I. ß dedit dr. x. ß. & infuſ. rad. dr. I. paulo minus.

Ex quavis colatura ſumpſi ſeparatim dr. IX. cuivis ſpir. putridi dr. III. admiſcui: lagenulæ exacte clauſæ in libero aere relictæ per 5. horas ſæpius agitatæ ſunt: dein flor. & rad. colaturæ cum ſpiritu putrido in parvas retortas B. M. adaptatas immiſſæ deſtillatæ ſunt, & ex qualibet mixtura dr. III. & grana circiter XL. educta.

Colaturæ corticis non niſi poſt elapſas 24 horas ab admixtione putridi ſpiritus eodem ac priores modo deſtillatæ ſunt, donec eadem ac e prioribus liquidi quantitas educta fuerit, quod odorem magis nauſeoſum palato ac linguæ (a) magis adhærentem quam ipſe

(a) *Spiritus putridus, olfactus nares, linguam, pala-*

ipſe putridus ſpiritus ſpirabat: immo ſeparata vaſa quibus deſtillatum fuerat intolerabilem fœtorem ſpargebant.

Examinaturus quantum ex quovis infuſo eductus ſpiritus correctus fuerit, unam partem ſpiritus putridi tribus partibus aq. ſimplic. deſtill. miſcui.

Parti mixturæ aq. ſimpl. cum ſpiritu putrido.

Parti æquali ſpirit. educti ex infuſo flor. arnicæ. Radic. arnic. dr. 1. β. ejusdem rad. dr. 1. utriusque corticis peruv. infuſo ubique gtt. IV. ſpiritus vitrioli affudi.

Exemplar manifeſte efferbuit, denſo tenuiſſimarum bullularum pulvisculorum inſtar ſuperficiem petente agmine.

tum, fauces affecit, quaſi limo tenaci, fœtidiſſimo obducta eſſent: ſicque, ubi ſpiritus alcalini putrefactione producti præſentia chemicis experimentis ob nimis parvam copiam, vel nimiam dilutionem probari nequit, non obſtante rerum valde odoratarum admixtione cognoſcitur.

Idem Phœnomenon exhibuere liquida educta ex infusis corticis. Ex infuso radic. arnic. dr. I. liquidum destillatum fere integre correctum est : ex binis aliis infusis neque odore neque adfuso spiritu vitrioli minimum alcali putridi signum dat.

Binas syrupi violar. partes æquales in duo vitra posui : uni aquæ simplic. destil. scr. IV. alteri spiritus putridi scr. I. triplo ejusdem aquæ dilutum adfudi. Prima mixtura coloris pulchre cæruli erat : secunda vero pallide viridis sive glaucini. Hæ mixturæ exemplarium vices egerunt. In quinque vitra separata æquam syr. violar. dosin immisi: Binis primis affudi liquidi ex mixturis infus. cortic. peruviani cum spiritu putrido educti scr. IV. syr. violar. eundem colorem induit ac in exemplari cum spiritu putrido. Ex mixtura cum infusi dr. I. rad. arnicæ vix sensibilem mutationem syrupo violarum induxit : liquidum ex mixturis infus. radicis

dr.

dr. I. β. & flor. arnic. cum ſpiritu putrido deſtillatum eadem ac priora doſi ſyrup violarum affuſum mixturam æque pulchre cæruleam effecit, ac exemplar cum aqua deſtillata paratum.

EXPERIMENTUM 34.

Infudi Radicis arnicæ.

- - Contrajervæ.

- - Valerianæ ſylveſtr.

cujusvis in tenuiſſimum pollinem redactæ unc. β. in ſeparatis vaſis, adfuſis cuilibet aq. calidæ unc. II. β. poſt 24. horas colaturas per linteum expreſſi: infuſi rad. arnicæ colatura erat unc. II. dr. III.

Contrajervæ unc. II. dr. II.

Valerianæ eadem quantitas.

Quamvis colaturam in duas partes æquales diviſi & cujuslibet mediæ parti ſpiritus putridi, qui ſedecim aq. puræ partibus

dilu-

dilutus cum acido vitrioli ſenſibilem effervescentiæ motum ſubibat, ex ſanguine a 26 diebus putrefactioni commiſſo educti gr. XL. miſcui : rite clauſa & ſubinde concuſſa vaſa per 16. horas in calore mediocri relicta ſunt; dein quævis mixtura per Alembicum in B. M. deſtillationi commiſſa eſt : ex qualibet educti ſunt liquidi dr. III. quod ex radic. arnic. & valerianæ perfecte correctum eſt: ex Contrajerva vero eductum ſuſpectum ab adfuſo vitrioli ſpiritu motum ſubit.

Admiscui cuilibet medietati reſiduæ infuſorum ſpiritus putridi dr. I. ſteterunt loco calido ſub frequenti agitatione per 5. horas : deſtillatione per Alembicum in B. M. eductæ ſunt ex qualibet ſpirit. dr. III. qui ex radicis arnicæ infuſo perfecte correctus eſt : ex radicibus Valerianæ & Contrajervæ ab adfuſo vitrioli ſpiritu leniter effervescit, pulvisculi tenuis forma, nubecula ſat denſa ſuperficiem ultra medium horæ minutum petente

tente : ita ut multum tamen correctus fuerit ſpiritus putridus etiam in binis ultimis.

Pulverem florum arnic. chamomillæ rad. ſerpentariæ virginian. & angelicæ cujusvis unc. β. cum aq. calida unc. III. in eodem calore & æquali tempore ac priores infudi.

Colaturam dedit.

Infuſum flor. Arnicæ unc. II. dr. VI.
- - - - Chamomill. fere dr. VIII.
- - Rad. ſerpentariæ unc. II. dr. V.
- - - - Angelic. idem pondus.

Integræ Colatur. flor. Chamom. & cuilibet medietati aliorum Infuſorum addidi ejusdem ſpirit. putridi ſcr. II. mixturæ per octo horas in ordinario calore relictæ & ſæpius agitatæ ſunt. Dein ut ex prioribus per deſtillationem ope B. M. ex quavis dr. III. eductæ ſunt. Liquidum eductum ex Infuſo flor. Chamomil. multum correctum. Ex Infuſo rad. Angel. valde levia

effer-

efferveſcentiæ ſigna dat: Ex Infuſo florum Arnicæ perfecte correctum. Ex Infuſo radic. ſerpentariæ æque efferveſcit cum acido Vitrioli ac Exemplar.

Cuivis reſiduæ medietati Infus. flor. Arnicæ & radic. Angelicæ ſpiritus putridi dr. I. adfudi: per 4. horas mixturas ſæpe agitari juſſi: dein ex quavis per Alembicum liquidi dr. III. eduxi, quod ex Infuſo flor. Arnic. videtur correctum: ex rad. Angelic. colatura ſenſibilia efferveſcentiæ ſigna dat, licet multo minora, quam Exemplar.

EXPERIMENTUM 35.

Pulv. foliorum Arnic.

- - Rad. Ipecacuanh.

- - Rhei elect. cujusvis unc. β. cum aq. calidæ unc. III. ℥ per 24. horas infudi.

Pulv. folior. Arnicæ omnem aquam imbibit, ita ut adhuc unc. I. aq. affundi

illi

illi debuerit, ut ex lagena poſſet educi. Hujus colatura fortiter expreſſa ponderabat unc. III. dr. V.

- - Rad. Ipecacuanh. unc. II. dr. VI.
- - Rhei elect. unc. II. dr. II.

Mediæ parti colaturæ.

Foliorum Arnic. ſpirit. putridi dr. I. Radicis Ipecacuanh & Rhei elect. cujusvis ſpirit. ejusdem ſcr. II. addidi. Clauſa vaſa relicta ſunt per 24 horas, antequam deſtillationi ſubmitterentur. Ex quavis mixtura deſtillarunt per alembicum liquidi dr. III. quod ex Infuſo folior. Arnicæ invenitur fere correctum: ex aliis vero non: omnia tamen minora effervescentiæ ſigna dant, quam ſpiritus putridus ſedecim aquæ partibus dilutus.

EXPERIMENTUM 36.

Cupidus ſciendi, an vis Arnicæ in volatili principio hærens etiam ſpiritum putridum

tridum corrigat Aq. Cohabat radic. flor. foliorum Arnic. & Corticis Peruv. cujusvis unc. 2. ſpirit. putridi dr. I. & Aq. ſimpl. deſtillat. pariter unc. II. ſpirit. putridi idem pondus admiſcui. Vaſa exacte clauſa, ſubinde agitata ſunt & poſt 24 horas contenta cujusque lagenæ deſtillationi commiſſa, donec ex qualibet miſcela liquidi dr. III. in recipientia tranſierint.

Liquidum eductum ex aqua cohobata radic. Arnicæ perfecte correctum: ex floribus non integre: ex foliis adhuc minus: ex Cortice Peruv. æque efferveſcit adfuſo vitrioli ſpiritu ac Exemplar, quod denſam tenuium quaſi pulviſculorum nubem ultra horæ minutum ad ſuperficiem mittit.

EXPERIMENTUM 37.

Extract. Cortic. Peruv. ſine ſale parat.
- - Rad. Arnic.
- - Flor.

- - Flor. Arnic.
- - Folior. Arnic.
- - Flor. Chamon.

Cujuslibet unc. ß. cum aq. unc. I. ß. ſoluta eſt: ſolutio quævis deponderata exacte in duas partes diviſa: cuilibet parti mediæ addita ſunt ſpirit. putridi gr. L. alteri medietati ejusdem ſpirit. ſcr. IV. admixti ſunt: manſerunt in vaſis exacte clauſis per 13 horas, quo tempore ſubinde agitata ſunt.

Deſtillata eſt per Alembicum illa, cujusvis colaturæ pars, cui ſpirit. putridi tantum gr. L. addita fuerant.

Ex quavis eductæ ſunt liquidi dr. III. quod ex ſolutionibus Extract. Radic. & flor. Arnicæ perfecte correctum eſt: ex foliis Arnic. & floribus Chamom. motum ſuſpectum ab adfuſo vitrioli ſpirit. patitur: ex cortic. Peruvian. omnium minime correctum eſt: adfuſo enim vitrioli ſpiritu

præter multas tenues particulas ſuperficiem petentes globulus aciculæ majoris caput magnitudine ſuperans in medio formatus eſt, aerem circumquaque mittens, qui ad fundum vaſis lapſus, ultra duo horæ minuta continuavit aerem forma nubeculæ pulverulentæ dimittere, antequam penitus diſſolutus eſſet.

Aliam cujusvis ſolutionis partem, cui ſpiritus putridi ſcr. IV. additi fuerant eodem, ac priora, modo deſtillavi, idemque liquidi pondus eduxi, quod adfuſo vitrioli ſpirit. ex cortic. & floribus Chamom indubitata efferveſcentiæ ſigna dedit: Ex foliis Arnicæ minora: ex rad. & floribus Arnicæ immobile perſtitit perfecte correctum.

EXPERIMENTUM 38.

Conſumpto ſpiritu putrido, quo in prioribus experimentis uſus ſum, ſanguinem putri-

putridum denuo deſtillationi per adſcenſum commiſi: ſpiritum obtinui, qui 10 aq. pur. partibus dilutus adfuſo ſpiritu vitrioli manifeſte efferveſcebat.

Hoc ſpiritu ad ſequentia Experimenta uſus ſum.

Vires correctorias rad. flor. & folior. Arnicæ ac Cortic. Peruv. denuo inter ſe comparaturus & viſurus quantum quodvis horum medicamentorum ſpirit. putridi corrigere valeat; cujuslibet duplex paravi Infuſum.

Rad. Arnic. dr. I.

Flor. Arnic. dr. I.

Folior. ejusdem dr. I. β.

Cortic. Peruv. dr. II.

Cuilibet in pulverem tenuem redacto adfudi aq. calidæ unc. I. ſteterunt vaſa clauſa in loco calido per 6. horas, dein uni infuſo rad. Arnic. ſpiritus putridi ſcr. IV.

- - Florum Arnic.

- - Folior. ejusdem.

- - Cortic. Peruv. ubique

pariter ejusdem spiritus putridi scr. iv. addidi: Aliorum autem Infusorum cuivis ejusdem spirit. dr. i. β. dein illius dr. i. aquæ puræ, quæ ad Infusa paranda usurpata fuerat unc. i. miscui, ut vires Exemplaris ageret.

Mixturæ aliquoties agitatæ, sedecim horis elapsis, per Alembicum destillationi simul cum suis pulveribus commissæ sunt, donec ex qualibet liquidi dr. iii. in recipiens transierint.

Infus. rad. Arnic. cum spiritus putridi scr. iv. liquidum eductum perfecte correctum. Ejusdem Infus. cum spirit. dr. i. β. fere, sed tamen non integre correctum: — florum Arnic. cum spirit. scr. iv dedit liquidum perfecte correctum: ideſt nec minimum effervescentiæ

motum

motum adfuſo ſpiritu vitrioli patitur, neque olfactum minimum putredinis ſenſum prodit. Ex alio florum Infuſo cum ſpirit. dr. 1. β. non eſt integre correctum. Ex Infuſo folior. Arnic. cum ſpiritus ſcr. IV. fere integre correctum. Ex Cortic. Infus. cum ſpirit. putridi ſcr. IV. eductum ingratum odorem habet: minus tamen effervescit cum acido vitrioli ac Exemplar. Ex aliis folior. Arnic. & Corticis Peruv. Infuſ. cum ſpirit. putridi dr. 1. ß. effervescit cum acido vitrioli circiter, ut Exemplar.

EXPERIMENTUM 39.

Factis jam aliquot experimentis patuit Corticis Peruviani ſine additione ſalis paratum extractum, & omnium Arnic. partium Extracta ſpiritum putridum corrigere: dubium autem ortum eſt, an hi effectus a naturali plantarum virtute, vel nato, ſub

præparatione Extractorum & illorum diuturna aſſervatione, acido penderet: quare Corticis Peruviani & Partium Arnic. extractis fumariæ & gentianæ extracta adjunxi ordine ſequente

No. 1. Extract. Cor. Peruv.
No. 2. - - Fumariæ.
No. 3. - - Gentianæ
No. 4. - - Rad. Arnic.
No. 5. - - Florum Arnic.
No. 6. - - Folior. ejusdem

Cujusque dr. II. cum aq. fontan. unc. I. ſolvi: in quamlibet lagenam ſpirit. putridi dr. I. infudi: Vaſa ſæpius agitari curavi: poſt 5. horas in cucurbitulas immiſſæ mixturæ deſtillatæ ſunt & ex quaque liquidi dr. III. eductæ, quod

No. 1. fere correctum eſt.
No. 2. minus.
No. 3. fere ut exemplar.

No.

No. 4. 5. & 6. ab adfuſo vitrioli ſpiritu nec minimum efferveſcentiæ ſignum dat, neque nares, neque palatum putredinis ſenſu adficit.

Simili cujusvis priorum Extracti, (excepto Gentianæ Extracto) ſolutioni ſpirit. putridi ſcr. IV. miſcui. Vaſa exacte clauſa ſæpius concuſſa : poſt ſeptem horas Mixturæ, ut priores in balneo mariæ tamdiu relictæ ſunt, donec ex qualibet ſpir. dr. III. exſtillaverint, qui ex Extracto Cortic. multum correctus eſt. Ex fumariæ extracto fere ut exemplar cum acido vitrioli efferveſcit. Ex rad. flor. & folior. Arnicæ Extractis perfecte correctus videtur.

Pari ſolutioni Extract. Cortic. Peruv. Radic. Flor. & folior. Arnic. ſpirit. putridi dr. I. ß. addidi: poſt 14 horas ope B. M. per Alembicum ex quavis mixtura liquidi dr. III. eductæ ſunt: ex extracto Rad. & Flor. Arnic. liquidum perfecte correctum:

ex binis aliis adfuſo ſpiritu vitrioli multæ aeris bullæ ſuperiora petunt.

Alteri ſolutioni cujusvis horum Extractorum ſpiritus putridi dr. II. ubique admiscui: poſt 14 horas deſtillavi &eandem, acex prioribus ex quavis mixtura eduxi liquidi quantitatem: quod ex corticis & foliorum Extracti paulo minus efferveſcere videtur ac Exemplar. Ex binis aliis perfecte correctum eſt.

Ultimo uni ſolutioni Extract. rad. arnic. dr. II. & æqualis ponderis Extracti florum cum eadem ac priores aquæ copia factæ, addidi ubique ſpirit. putridi ſcr. VIII mixturæ per intervalla agitatæ per 14. horas in cubiculo calido, ut priores ſteterunt, vaſis exacte obturatis. Dein deſtillatione per Alembicum ex qualibet liquidi dr. III eductæ ſunt, quæ ex utraque nec minimum naribus vel ori putredinis ſignum olfactæ imprimunt: neque ab adfuſo vitrioli ſpiritu vel minimum efferveſcentiæ ſignum dant.

Spiritus

Spiritus ad comparationem hanc adhibiti conſumptio ulteriorem impedivit hujus experimenti proſecutionem.

Hæc experimenta pluries repetita eadem exhibuere phœnomena, & pari cum effectu cum ſpiritibus ex putrida bile, putrefactis ſeparatim ſanguinis ſero & placenta, & ex aqua, in qua carnis fruſta computruerant, eductis inſtituta ſunt.

Sic nauſeoſo & periculo non vacanti, ſed ut ſpero, non inutili labori finem impoſui.

Si quid utilitatis ex his experimentis medicina capiat, non exiguam laudem meritus eſt Peritus Noſocomii aſſiſtens Pharmacopæus Adamus Amaſeder, vir, ob inde feſſam in viſitatione cubiculorum & ægrorum omni tempore diligentiam & exactiſſimam numeroſis ægris Medicamentorum diſtributionem, œconomiæ Noſocomii & ægris valde utilis, qui per totum hunc tædioſi &

nauſeoſi laboris decurſum, quoties a propriis laboribus intervalla libera nanciſci potuit, auxiliatrices mihi ſemper manus præbuit.

COROLLARIA.

Radices Valerianæ, Contrajervæ, angelicæ, flores Chamomill. aq. infuſæ illi vires antiſepticas correctorias largiuntur, ſicut & Radices Ipecacuanh & Rhei elect. omnes autem in his experimentis ſuperavit Valerianæ radix. Vide Exp. 34 & 35.

Radix ſerpentariæ virginianæ prout in corrigenda carne putrida, ſic in corrigendo ſpiritu putrido inefficax fuit.

Cortex Peruvianus antiſepticus correctorius eſt : Licet enim ovorum albumini, bili & ſanguini putridis additus nihil correxiſſe videatur; id inde ortum eſſe apparet, quod vel nimis parva doſi illis admixtus fuerit vel quod hæc liquida non ſatis

tis apta fuerint ad ipſius vires antiſepticas extrahendas : tarda quoque, valde lenis & parvæ durationis eſt, quam cum illis ſubit fermentatio, quæ, ſi vividior eſſet, ex illo vires medicatas forte melius educeret, quas ſola etiam iufuſio non videtur ſatis extrahere poſſe. Etenim Exper. 38. ubi cortic. dr. II. ſub deſtillatione ſat diu cum aqua decoctæ ſunt, ex ſpiritus ſcr. IV. ad correctionem adhibiti dr. ß. videntur correxiſſe : de quo tamen unica radic. arnic. dragma ſcr. IV. perfecte correxit.

Extractum corticis peruviani aquoſum absque additione ſalis tartari paratum vires antiſepticas correctorias poſſidere probat, præcipue valde manifeſte experimen. 39.

Principium autem illius volatile prout in avertenda putredine, ſic in corrigenda inutile.

Folia arnicæ vires putredinem corrigentes aq. cui infunduntur communicant : ſic

illorum

illorum dr. II. aquæ infuſæ colaturam dederunt, quæ ſpirit. putridi dr. I. Experimen. 35. fere correxit. Extract. illorum aquos. dr. II. pariter ſpiritus putridi dr. I. experimen. 39. in neutram naturam converterunt.

Principium illorum volatile aliqua vi antiſeptica pollere demonſtrat experimen. 36.

Flores arnicæ valde magnis viribus ad corrigendum ab humoribus animalibus ſub putrefactione generatum alcali putridum gaudent.

Cortex peruvianus & folia arnicæ ab hujus floribus vi antiſeptica correctoria multum ſuperantur.

Horum enim dr. I. albūmin. ovorum putridorum fere dr. VII. admixta trihorii ſpatio ſub vivida fermentatione correxit & circiter per 40 horas novam putrefactionem impedivit.

Bili corrigendæ non adhibiti fuere, ſed ſpiritum ex bile putrida eductum in pluribus experimentis ſaturarunt.

A. Sanguinis per 15. dies putrefactioni commiſſi unc. 11. generatum alcali per 12. horas immixta flor. arnic. dr. 1. viſa eſt correxiſſe; ita autem abſorbta erat illorum virtus, ut valde parum motum putrefactorium cohibuiſſe videatur: additis 4ta Experimenti die radic. arnic. dr. 11. cito correctus eſt ſanguis, manſitque correctus ad 23tiam experimenti diem. Radic. arnic. unc. β. tantum 10 dies diutius ab eodem ſanguinis pondere regenerationem putredinis cohibuit: ſic ut manifeſte pateat flores ad ſanguinis præſervationem contuliſſe.

Ipſorum dr. 1. β. putridi, qui 10 aq. partibus dilutus effervescentiæ cum ſpiritu vitrioli dabat ſigna manifeſta, ſpiritus ſer. IV. Experimen. 38. correxit.

Ex-

Extracti horum florum dr. I. ſpiritus ejusdem ſcr. IV. perfecte correxit, & forte vires ipſius nondum erant exhauſtæ : ita ut illorum principium fixum valde antiſepticum ſit.

Pars hujus medicamenti volatilis etiam aliquid antiſeptici poſſidere demonſtravit experim. 36. Extractum autem principio antiſeptico tam dives eſt, ut volatilis deperditio vix æſtimari debeat.

Radix arnicæ omnia in his corollariis memorata medicamenta virtute antiſeptica correctoria ſuperat.

Illius dr. I. albumin. ovorum a 15 diebus putrescentium dr. VII. cito correxit, & circiter per 4. dies a putrefactione immunes ſervavit.

Eadem doſis bilis aqua dilutæ, & a 16. diebus putrefactioni commiſſæ dr. v. cito correxit & per 4. dies remotam putrefactionem tenuit : addita alia Radicis drag-

ma

ma mixtura per 22. dies gratum odorem ſpiravit cum tamen cort. peruv. dr. 11. nihil correxiſſent.

Sanguinis a 15. diebus putrescentis unc. 11. addita radic. arnic. dr. 1. cito fermentationem excitat & putredinem corrigit, renaſcentem poſt 18. horas addita denuo dragma domat & uſque ad 4tam experimenti diem illi reſiſtit: additis dein denuo hujus medicamenti dr. 11. putredo iterum cito vincitur & odor mixturæ uſque ad 33tiam Experimenti diem gratus manet.

Illius medicamenti unc. 1. addita ſanguinis ab 18. diebus putrefactioni commiſſi unc. 11. β. mixtura per tres dies in ordinario cubiculi calore relicta eſt, & deſtillata ſpiritum dedit nullum alcali ſignum prodens cum æqualis ejusdem ſanguinis doſis deſtillata ſpiritum dederit omni nota alcalinum.

Ejus-

Ejusdem Radic. dr. 1. aq. unc. 1. infusa, misso in cucurbitam pulvere cum liquido, putridi, cujus effervescendi cum acidis propensionem non destruebant decem aquæ partes additæ, spiritus dr. 1. β. fere integre, scrup. IV. perfecte correxit.

Ipsius principium volatile etiam est correctorium putredinis. Putridi, qui 16. aquæ partibus dilutus cum vitrioli spiritu adhuc effervescebat, spiritus dr. 1. correxere aquæ illius cohobatæ unc. II.

Partes fixas hujus medicamenti virtute magna antiseptica correctoria etiam gaudere probant experim. 37 & 39. in priori Extract. aquos. dr. II. spiritus putridi, qui sedecim aq. partibus dilutus effervescebat cum spiritu vitrioli, dragmam saturaverunt: in posteriori unica illius Extracti dragma putridi, qui non obstante cum aquæ partibus decem dilutione, addito vitrioli acido adhuc effer-

ves-

vescentiæ motum ſubibat, ſpiritus ſcr. IV. correxit.

Licet tamen Extractum hoc tanta efficacia contra putredinem polleat, inutilis prodigalitas eſſet illo uti, cum pulveris, in quo utrumque principium, fixum nempe & volatile habetur, dragma una extra corpus humanum æqualem effectum edat, & absque dubio in corpore humano efficacior ſit, quam Extract. idem pondus.

Ex his ſufficienter demonſtratum eſſe videtur arnicam omnibus hucusque notis exoticis medicamentis, ex regno vegetabili deſumptis, vi antiſeptica ſuperiorem eſſe, ipſamque forte uſu medico camphoram ſuperare, ſi hujus parva doſis, quam ægri etiam valde putridis morbis affecti ferre poſſunt & vix dr. III. per diem excedit, cum magna, quam ægri facile ferunt, Radicis arnicæ doſi, quæ quater quinquiesve ma-

jorem camphoræ dosin superare potest, comparetur.

Alia, quæ ex his experimentis fluunt Corollaria, & quæ doctus Lector facile eruet, nunc omitto. Alia occasione factis forte quibusdam aliis tentaminibus plura deducturus & medicinæ practicæ applicaturus.

FINIS.

c.
b.
f
e
d
g
a.

EXPLICATIO ICONIS.

a. Arnica montana Linnæi.
b. Flos in ſemen abiens delapſis corollis.
c. Calix effœtus exhibens receptaculum nudum.
d. Corollæ diſci Hermaphroditæ.
e. Corolla radii fœminina.
f. Corolla radii baſi aperta, ut character ſtaminum caſtratorum diſcerni valeat.
g. Semen maturescens cum pappo ſimplice piloſo.

Admodum Reverendus & Perilluſtris Dominus de Wulffen, vir doctus & peritus Botanicus, Clagenfurti degens, qui horulas ab officiis ſpiritualibus liberas botanicis laboribus, quibus delectatur, impendit, plantam hanc ſub ſua directione depingi curavit, Iconisque explicationem adjunxit.

Exacta plantæ deſcriptio obſervat. mearum parti IV. præpoſita eſt.